p° ꝙ Circa primum ſunt tres ꝙnes. ¶ Prima de inſtõne ipſorum q̃tũ ad vinculũ ⁊ ligamẽ vel obligationes que cepit in paſſiõe: nõ ante nec tardius: puta q̃ baptſmus ⁊ pnia que ſũt ſacra neceſſitatis fuerũt i ꝓcepto chriſto mortuo: ita q̃ ante mortẽ chriſti non tenebat aliqs ad baptiſmũ ⁊ pniaz: ſed ſufficiebat ad ſalutẽ circũciſiõ ꝺ originale: ⁊ pnia ſm ritũ illius tpis ſine ꝓfeſſiõe: puta q̃ offerret hyrcũ vel capã ⁊ hꝺ: ſicut i lege erat ꝓceptũ: qz qñ vnũ remediũ ſufficit ad ſalutẽ qõ eſt in ꝓcepto: nõ ꝺz hõ cũ illo ad aliud obligari: maxime obligatiõe no. le. q̃ nõ eſt in on°. Si. n. hõ hz originale ⁊ mortale actuale: nõ teneꝯ ipſe baptizari ꝺ originale: ⁊ cũ hoc cõfiteri de actuali mortali: ſz p vtroq̃ ſufficit baptizari. Uñ cuz ante mortẽ xp̃i hñs actuale mortale eſſet obligat° ad pniam illius tpis: ſi erat iudeus ſm legẽ ſcriptã: ſi alius ſm legẽ nature: ⁊ ſi erat in originali tenebaꝯ circũcidi. vel alio mõ ſi alius: qz vſq̃ ad paſſionẽ oia ſacra durabãt: ⁊ obligabãt ⁊ valebãt ſicut pri°: ga añ mortẽ xp̃i nec circũciſio xp̃i ſoluit obligationẽ circũciſionis nec aliã obligationẽ p tũc: iõ ad ſacra no. le. p tũc nullus tenebaꝯ: nec erat i ꝓcepto ſz in ꝓſilio. Qõ aũt dictũ fuit niſi quis renatus fuerit ⁊c. ⁊ niſi pniam egeritis oẽs ſimul bibitis: itelligẽdũ ẽ pro tpe paſſiõis. Poſt paſſionẽ ãt ſtatiz q̃ innotuit: vel culpa nõ ſciendi fuit coz obligatio cepit: qz tũc obligatio legaliũ ⁊ etiã vtus ceſſauit: ⁊ ſola remedia legis gr̃e: q̃ ſola ſufficiebãt: ligare ceperũt: nõ ſolũ gẽtiles ſz ẽt iudeos. Naz circũciſus añ mortẽ xp̃i: nihilomin° poſtea debuit baptizari: vt Paulus ſi voluit ſaluari. Et ſil'r q̃uis õ pctis ſuis pri° fatiſſeciſſet ſufficiẽter ſz legẽ ſuã: tñ ſi mortalia erãt ꝓfiteri tenebaꝯ poſt paſſionẽ: qz ſic eſt neceſſaria ꝓfeſſio ꝺ actuale mortale. ſicut baptiſmus ꝓtra originale: ſed q̃uis eẽt deletũ originale p circũciſionẽ: nihilominus erat aliqs baptizandus: g̃ pari rõne de cõfeſſione reſpectu actualiũ: niſi de illis quib° xp̃s ꝓpio ore: ⁊ per ſe peccata remiſit: ſicut paralitico: ⁊ Magdalene: ⁊ Zacheo: qz eniz ſũmus ſacerdos eos abſoluerat: ſufficiebat. Et ſic tanetur quis bis ſatiſſacere pro eodẽ pctõ in tali caſu: qõ tñ eſt dubiuz. Et veri° videꝯ ꝺziuz: qz deꝰ nõ iudicabit bis in idip̃z: nec cõſurget duplex tribulatio. Nec eſt ſil'e de baptiſmo: qui ꝓpter characterz ẽt ſcificatis in vtero exhibeꝯ vt induant dñm Jeſuz xp̃m: ⁊ mẽbris ceteris cõformentur: ſicut Achior ⁊ alij proſeliti uolentes annumerari ppl'o iudeoz circuncidebant: q̃uis eſſet eis originale dimiſſum p remediuz aliud. Sz de pctis pro quib° ſuo ritu ſatiſſecerãt: non oportebat amplius obl'ones facere iuxta legẽ. Et pari rõe videtur q̃ ille qui ante paſſionẽ chriſti ſufficienter ſatiſſferat de peccato actuali ſm ritũ ſacri tũc ꝓcurrẽtis nõ tenebatur poſt paſſionez xp̃i ꝓfiteri. ¶ Scda ꝙ eſt de inſtõne q̃tũ ad documentũ ⁊ exercitiũ qõ nõ debuit eſſe ante tps gr̃e: cũ ſint ſacra gr̃e: ⁊ plena pro tpe plenitudinis refuata. Tẽpus aũt gr̃e quo ad incoationẽ fuit in ĩcarnatiõe: p preſentiam gr̃e in mũdo: maxime in natiuitate. Sz anteq̃ deceret eũ docere: nõ decebat eũ ſacra iſtituere: q̃ ad doctrinam ptinẽt. Uñ tps gr̃e quo ad diffuſionẽ: cepit in eius p̃dicatiõe: ⁊ tũc debuit ea inſtituere qõ ⁊ fecit. Baptiſm°. n. lz quo ad mãz fuerit inſtitut° qñ tactu ſue mũdiſſime carnis vim ꝓtulit ags: non tñ pfecte nec quo ad formaz quo uſq̃ apl'os miſit ad baptizanduz. Oia quidẽ ſacra quo ad ſubalia p̃dicãdo apl'os docuit: qui baptiſmo vſi ſũt diu ante paſſionẽ: ⁊ forte vnctione ⁊ euchariſtia in cena: ⁊ ordinati ſunt. Ceteris aũt vſi ſunt poſt aſcenſionẽ ⁊ ſpũs ſci miſſi onem. ¶ Tertia ꝙ. eſt quo ad effectũ: quia ex eodẽ tpe ex quo cõplete ea inſtituit. ex illo perfectũ effectũ habuerũt. Nec eſt veriſil'e ipſuz pro illo tpe iſtituiſſe ſacra: pro quo eſſent inania. Uñ ſil'legalia cũ euãgelicis cucurrerũt a tẽpore publice p̃dicationis xp̃i vſq̃ ad paſſionẽ: ⁊ vtraq̃ ad ſalutẽ valebãt. ſ. legalia q̃tũ nunq̃ ante: ⁊ euãgelica tãtuz quãtũ poſt: pp qõ baptizatus ab apl'is tũc nõ erat rebaptizãdus poſt xp̃i mortẽ: qz idẽ baptiſma ſuſcipiebat quo ad eſſentialia puta mãm ⁊ formã: ⁊ p ꝓñs effectũ. ſ. characteris: ⁊ p ꝓñs gr̃e cũ ſit diſpõ neceſſitans: lz nõ aperuiſſet celum ante mortẽ xp̃i. Sz tũc ſacra euãgelica erãt voluntatis ⁊ nõ neceſſitatis: puta baptiſmus ⁊ pnia. ⁊ cadebãt ſub cõſilio ⁊ nõ ſub p̃cepto: qz adhuc legalia erãt ſub p̃cepto ſicut pr̃ius: ⁊ erãt neceſſitatis: vt dictũ eſt in p̃ª ꝙne. ¶ Sz ꝺ hoc videt̃: qz ſacra euãgelica hñt effectũ ex paſſiõe xp̃i. g̃ nõ ante: qz effect° no p̃cedit ſuã cauſaz. ¶ Dicẽdũ q̃ ex paſſione xp̃i. i. ex merito xp̃i: qõ incoatũ eſt in ꝓceptiõe: lz cõſummatũ in paſſiõe q̃d aũt xp̃s meruit in paſſiõe: iaz meruerat ĩ pr̃io inſtanti ſue ꝓceptiõis. Uñ ex tũc qñ ẽt elegerat pro obediẽtia dei pati: incepat meritũ paſſiõis: ⁊ per ꝓñs effectus. Uel poſſet dici q̃ ad merituz xp̃i nihil addidit paſſio: ſed ad ſatiſſactionẽ: ita q̃ q̃tũ ad remiſſionẽ culpe ⁊ infuſionẽ gr̃e: ſacra tãtũ effectũ habuerũt: ex quo erãt a xp̃o inſtituta ante paſſionẽ quãtũ poſt: ſed quo ad remiſſionẽ pene totalis: plus poſt: q̃z ante: qz tps gr̃e tũc ꝓſummatũ eſt. Dico aũt cauſal'r nõ formal'r: qz formal'r in die pentecoſtes: ⁊ quotidie tps gr̃e cõſumaꝯ: ĩmo nec nũc: ſz in reſurrectiõe erit hoc mõ cõſumatũ: ſz cauſal'r: qz factuz fuit pro merito ⁊ cã gr̃e q̃d faciendũ erat in xp̃i morte. Uel dõm ⁊ veri° q̃ paſſio xp̃i addidit ad meritũ ⁊ ad ſatiſſactionez. Sed ſicut baptiſm° recedẽte fictiõe hz effectũ quez pr̃ius habuiſſet: ſic baptiſmus ſequuta morte xp̃i incepit hr̃e illũ ampliorẽ effectũ quẽ hũiſſet ſi paſſio p̃ceſſiſſet.

Secundus articulus ẽ a q̃ fuerũt inſtituta. ¶ Ubi ꝑª ꝙ eſt p̃ma ꝙ q̃ oia a xp̃o ĩmediate: lz non ꝓmulgata: niſi q̃ erãt neĉitatis. vt ſacrz ĩtrãtiũ. ſ. baptiſm° qñ dixit: Niſi qs renat° fuerit ex aqua ⁊ ſpũ ⁊c. ⁊ ſacr̃m redeuntiũ. ſ. pnia: qñ dixit: Niſi pniaz egeritis ⁊c. ⁊ pniaz agite: ⁊ ſacr̃m dignitatis: vt euchariſtia: qñ dixit: Niſi mãducaueritis. Uel ſacr̃m pnie inſtituit: qñ dixit lepr̃oſis. Jte oſtẽdite vos ſacerdotib°: vel apl'is: Soluite ⁊ ſinite abire: vel magis qñ dixit Petro: Tibi dabo claues ⁊c. aut apl'is qñ dixit: Quoz remiſeritis pctã: añ reſurrectionẽ. Matt. .18. Nõ qñ dixit poſt reſurrectionẽ: ſz ſacr̃m ĩtrãtiũ qñ miſit apl'os ad p̃dicandũ ſil'⁊ ad baptizãdũ: ⁊ tunc eſt ſacr̃m exeũtiũ qñ vngebãt oleo infirmos: ⁊ ſacr̃m pugnãtiũ: quãdo bñdicebat pueros eis man° ĩponens. vel qñ dixit: Qui me cõfeſſus fuerit ⁊c. ⁊ ſacr̃m progrediẽtiũ: qõ eſt viaticũ in cena: qñ cõſecrauit ſuũ corpus. ⁊ ſacr̃m ordinis ibidẽ dicens: Doc facite in meã cõmemoratiõnẽ: qõ ẽ ſacr̃m regẽtiũ. ſacr̃m aũt ꝺiugy qñ nuptias in miraculoz inicio conſecrauit mutans aquã in vinũ: oñdẽs p̃eminẽtiã matr̃ony: put eſt ſacr̃m gr̃e ⁊ put erat nãe vel legis ſcripte: ĩmo noz oiuz ad antiq̃: ſic vinũ meli° eſt aq̃. Sz ꝓfeſſionẽ ⁊ vnctionẽ ꝓmulgauit exꝑſſi°p Jacobũ: cetera p doctrinã apoſtoloz: vt pz in actib° apl'oz. ¶ Ex quo ſequitur ſcõa ꝙ: q̃ ꝙª oia per eccl'iam inſtituta vel a papa vel a cõcilys nõ ſũt ſacramẽta: ſed tñ ſacr̃alia: puta bñdictiones q̃cunq̃ abbatũ abbatiſſarũ: virginũ: veſtiũ: aque benedicte: vnctiones regũ: altariũ ꝓſecratiões: veſtiũ eccl'iarũ vaſoz: ⁊ oia hꝺ: in q̃bus ſicut eccl'ia potuit inſtituere ſic põt deſtituere ⁊ diſpẽſare ad libitũ ⁊ mutare. ſ. ille qui preeſt toti eccl'ie: vt papa põt cõmittere cõſecrationẽ altaris aut virginũ vel abbis ſimplici ſacerdoti ⁊ oia hꝺ: lz ſimplex eꝑus hoc nõ poſſit. Nõ tamẽ ſunt hec cõtẽnenda: lz nõ ſint ſacra: nec p modũ ſacramẽti habeãt effectũ ex opere operato: qz effectũ habent per modũ meriti ⁊ fidei ex opere operãte: ⁊ nõ ex ſo-

lo feruore ⁊ deuotione vtentiũ sed totius eccl'ie: Uñ sicut nõ est paruipẽdenda fides totius eccl'ie:meritũ eius ⁊ pre/ces eius:sic nec ista. Et quãto plus valet meritũ ⁊ fides et oro totius eccl'ie q̃ vnius pſone:tãto pcellunt iste gnãles cerimonie toti⁹ eccl'ie:que uõ sine inspiratione dei sunt in uẽte: singulari⁹ deuotioni⁹ singulo⁹. ¶ Ex quo sequi/
3ª ♁ tur 3ª ♁.q nõ põt papa nec tota eccl'ia sacra mutare. nec in eis dispẽsare:q⁹ seruus nõ põt tollere legẽ dñi sui.nisi q̃tũ deus reuelat vel dispensat:sicut in primitiua eccl'ia:q⁹ da/reť baptism⁹ in noie dñi iesu. Unde papa nõ põt dispẽsare q⁹ puer saluet sine baptismo:nec pari rõne:q⁹ a petõ mor/tali post baptismũ curet sine cõfessione:aut q⁹ conficiat si ne ordine:vel in matrionio per verba de pñti:ẽt ante ꝯsu/mationẽ:q⁹ ẽ verũ sacr̃z. Utrũ aũt possit dispẽsare ĩ gradu lege diuĩa ꝓhito vt faciat pſonas habiles;sic̃ fac̃ ĩhabiles vl' facere põt: videret q⁹ sic:q⁹ illud nõ est sacr̃z sz qõdã iu diciale sacr̃ale:⁊ sic bodie nõ ligat:nisi in q̃tũ ẽ p eccl'iaz ap probatũ:nec morale:cũ lege nãe sole due pſõe excipiañ.

2ª ♁ **Tertius** articulus est quis potuit ea instituere. Ubi sunt tres ♁nes. ¶ ⁊ria est de sacr̃is legis nãe. Ubi est sciendũ: q⁹ inter illa sola illa que erãt ♁ originale ♁ferebãt gr̃am ex ope opato:ꝓpter paruulos: qui nõ poterãt se ad ea disponere ex ope operãte. Nec fides alie/na ita sufficienter eos disponebat sicut fides ꝓpria adul/tos:cũ etiaz in lege noua sine exterioꝛi re:fides ꝓpria iusti/ficet adultũ:nõ aũt fides eccl'ie paruulũ:ꝓpter qõ oportu/it illa esse a deo istituta p auctez: cũ hõ nõ possit hoc dare sacr̃o q⁹ iustificet ex ope opato. Sed ea q̃ ante circuncisio/nem erãt in pueris: vel etiaz tpe ipsius in puellis hebꝛeis erant a deo instituta p inspirationẽ ideterminate:sz ab ho/mine determinabañ. Circũcisio aũt fuit a deo determia/ta. ⁊ Reliqua vo:nõ ex ope opato gr̃az cõferebãt:q⁹ nõ erãt necessaria eo q⁹ nõ cõpeterẽt nisi adultis:q ex ope operan/te poterãt iustificari. ⁊ Propter qõ nõ videret fuisse neces/se illa a deo instituí vt dicit obiectio. Et sic dz intelligi qõ dicit Tho.illa.s.ab hoie ⁊ nõ ex ope operato hr̃e efficaciã: quo ad alia:ꝑter illa que erãt ♁ originale. Sz ex alia parte cũ mr̃imoniũ ꝓput erat ẽt sacr̃m illius tpis videret esse a deo institutũ:ꝓpter qõ solo deo dispẽsante licebat eis hr̃e plures vxores:multo magis ẽt videť q⁹ pnia ♁ mortale fu/erit etiã a deo instituta:ita q⁹ nullus hõ potuisset dispensa/re gn tenereť hõ interius ♁teri ⁊ exterius satisfacere deo. Sz p gd satisfaceret:vtrũ p decimas:vel sacrificia: vel ie/iunia:vel elemosinas vel h⁹ in volũtate erat:sicut ẽt sacer dotes nostri tpis determinatã pniaz nõ iniũgũt aliq̃: sz qcqd hõ boni facit vl' mali ptulerit:q̃ satisfactio nihilomi n⁹ est ps sacr̃i ¶ Posset aũt dici ad hoc q⁹ hõ nõ potuit di spẽsare in pluralitate vxoꝛũ vel repudiatione:vel in habẽ do filiã vel h⁹:que sunt ♁ mr̃imonium:nõ q⁹ esset sacr̃m a deo istitutũ: q⁹ illa erãt ꝑcepta legis nãe respicientia mr̃i/moniũ vt est in officiũ nãe:nõ vt est sacr̃m. Sz ẽ alia rõ q̃/re mr̃imoniũ nõ potuit institui vt ẽ sacr̃z: nisi dei inspirati one ⁊ nõ ꝓpter effectũ:vt arguit':sed pp significatũ: qõ est ꝯiunctio xpi ⁊ ecclie q̃ nõ potuit sciri nisi p reuelationem. Sil'r pnia ⁊ alia sacra adulto⁹:q⁹ nõ erãt sacr̃a:nisi quia si gna rei sacre supnãl'r cognite in tãtũ dei inspiratiõe istitu/ta sunt:nõ pp effectũ. Sz pnia ⁊ satisfactio ꝓput sunt virtu/tes sunt de iure nãli:quo est ꝑceptũ de peccato dolere: ⁊ deo etiã exteri⁹ satisfacere rõne maleficy:p aliqd: sicut de aliquo exterioꝛi gr̃as agere rõne' bñficy: ⁊ facere aliquaz recognitionẽ dñy. Et sic hõ nõ poterat dispẽsare: nõ pp ef/fectũ:sed pp ꝑceptũ nãe ⁊ ꝓpter institutionẽ dei rõne si
2ª ♁ gnificati. ¶ Scõa ♁ est de sacr̃is ve.le.q⁹ necesse fuit ea a deo istituí:nõ q⁹ cõferret gr̃az ex ope opato:nisi forte erat aliqõ pro originali puelle:puta oblatio q̃ fiebat in die puri facatiõnis:que q̃uis nõ eẽt sacr̃m cõtra originale pro ma/sculo:cui sufficiebat circũcisio:forte tñ erat remediũ ♁tra originale pro puellis. Si aũt ante moriebañ:saluabañ ꝑ aliud remediũ:sicut etiã masculus ãte octauũ diẽ:⁊ tũc ta lia necesse erat a deo instituí:pp idẽ qõ circuncisio. Cetera vero que gratiã ♁ferebãt tñ ex ope operãte: oportuit etiã a deo vel eius auctẽ instituí:⁊ pp obligationes:q⁹ forte nõ potuit ea purus hõ ꝑcipe: q⁹ de illis nõ potuisset hõ homi ni ꝑceptũ dare:in quo tenereť obedire:cuz ille cerimonie: seu sacr̃a nõ essent act⁹ vtutũ:nec p se referibiles ad actus vtutũ. Sed deo tenet hõ in oibus ⁊ p oĩa obedire:nõ solũ in indifferẽtibus:sz in bis que de se videnť mala: sicut oc cisio innocẽtiũ:vel fornicatio. Nisi g̃ fuissent a deo vel ei⁹ auctẽ introducta:sine eis potuisset bẽri gr̃a:cuz ad ea hũa nũ ꝑceptũ nõ ligaret. Ul' ideo necesse fuit ea a deo instituí nõ pp efficaciã:quã eq̃liter habuissent: si hõ potuisset ea ꝑ cipe:sz pp humanã ignoꝛãtiã:⁊ sic pp eruditionez: q⁹ nesci uisset hõ p se tales modos colẽdi deũ iuenire. Uel si dica cať q⁹ sil'ia iuenit hõ in cultu idolo⁹. Dõz q⁹ verũ est q̃tũ ad aliqua:nõ tñ q̃tũ ad oĩa: ĩmo in adultis saltez in sacr̃is nesciuisset talia ad significãdũ mysteria gratie ⁊ glozie oꝛ dinasse. ¶ Tertia ♁ est de sacr̃is no.le. vbi suppoſito q⁹ in
5ª ♁ eis sit virtus.⁊ ex instõne auctas instituẽdi nõ potuit esse penes hoiez:sed solus de⁹ h⁹ sacr̃a gr̃e que iustificãt potu it instituere:q⁹ nõ sunt sacr̃a sicut medicine coꝛporales: q̃ ex nã rerũ ꝓtẽtarũ ⁊ nõ virtute medici adhibentis vel di ctantis operañ. ĩmo sacr̃a ex sola virtute istituẽtis operã tur qcqd operãtur: iõ ⁊c. Tñ auctẽ delegata potuit hõ ea instituere:⁊ a deo potuit hoi ipsa institutio cõmitti: sz hoc bene ꝓbet rõ quoꝛũdã dicẽtiũ sic. Nõ põt esse minister di spẽsationis:g̃ institutionis:q⁹ dispẽsatio nõ dat sacr̃o vtutẽ: sic̃ institutio. ⁊ Põt igit̃ hõ adhibere ignẽ q calefaciet: sz nõ põt dare nõ calido caloꝛẽ:p quez calefaciat: sicut angelus mouet ad locũ:nõ ad formã. Sed q⁹ xp̃o hoi nihil est col latuz qõ nõ potuerit puro hoi cõferri:ideo institutio sacra mento⁹ xp̃o hoi collata:potuit puro hoi cõferri. ⁊ Põt eni homini cõferri illa vtus:que etiã rei ianitate ♁fertur. Uñ xp̃s homo sine sacr̃o ♁ferre potuit rem sacr̃i. vnde sicut an gelus bz a nã vt volitione sua possit mouere celũ: sic forte hoi ꝑmo fuit collatũ q⁹ nutui suo: aĩalia obedirẽt: nõ solũ q⁹ hoie volentes adduceret ea vel angelus sicut ad Adã ⁊ Noe:sed q⁹ etiã eius iussio vel vocatio haberẽt quãdam vim cõpellẽdi ad se venire. Sic etiã forte aie xp̃i data est oĩs ptãs:etiã celũ mouendi per gratiã:quod bz angelus p naturã. Et sil'r quod sacr̃is deus dedit:puta causare chara cterẽ vel oꝛnatũ forte hoc dedit aie xp̃i: vt sicut sola volũ tate moueret coꝛpus xp̃i distans:sicut vnũ coꝛp⁹ suo tactu coꝛpus ꝓtiguũ mouet:sic sola volũtate characterez vel oꝛ natum in aĩa distãte faceret sicut mediãte tactu sacr̃i. Et q⁹ nihil impossibile est dare alteri qõ ipe bz siue habeat a se siue ab alio:ideo xp̃s habẽs banc ptãtem sacr̃a potuit instituere:⁊ instituẽdo hoc eis tribuere. Et sicut est cõmis sum humanitati xp̃i:sic potuit aly hoi ♁ferri. Et sicut xp̃s potuit sacr̃a mutare ⁊ in eis dispensare:q⁹ totũ fuit sibi cõ missuz:sic totũ potuit:vel vnũ sine alio cõmitti alteri hoi. Et tũc homo qui institutisset nõ potuisset mutare nec dispẽ sare:sicut nec modo:puta q⁹ puer saluareť sine baptismo. Et sic etiã videť q⁹ xp̃s ꝑz q⁹ hõ potuerit miracula facere: saltẽ aliqua. Si eniz que vni nãe ♁ueniũt possunt aly sup/naturaliꝛ ♁ferri:sicut dictũ est supra.ergo cũ sanare oculũ: vel mẽbꝛum aliud:aut a febꝛe curare cõpetat gbusdã p na turã:hoc alys põt tribui. Unde cũ dicit xp̃us. Data est mi hi omnis potestes in celo ⁊ in terra. videť q⁹ oĩs vtus acti ua creature sit sibi collata:ita vt volitione sua sola posset aĩa chr̃isti ĩmediate facere qcquid põt fieri virtute cuiuſ cunq⁹ creature. Et sic dic̃. Bꝛego.z.dyal'. Oꝛ sancti iterdũ miracula ex potestate faciunt:q⁹ dedit illis ptãtem ꝓfilios

dei fieri. Sed verius est q̄ nullus purus homo fecerit miracula ex ptāte prophetia: sic q̄ habuerit in se virtutē illi⁹ effectus: sed dicūtur facere ex ptāte: q̄ poterant orare ꝛ mox ad votū ds q̄si obediēs voci hois faciebat: sicut Josue fecit solē stare. Quia ergo aliqua nā disponit ad gr̄am: sed nulla causat gr̄am: ideo disponere ad gr̄am pōt supnāliter cōmitti: nō aūt causare gr̄am. Tū no videt sequi. xp̄s hz potestatē ip̄imēdi characterē vl' ornatū: g̃ pōt eā dare sacramentis: q̄ lz nullus det q̄ nō hz: nō tū ecōuerso vnūq̄q̄ pōt dare cuicūq̄ q̄ hz. Angelus enī hz vtutē mouēdi celū quā mihi dare nō pōt. Sz dōm: q̄ cui ꝓcedit q̄ maius ē. potest ꝓcedi q̄ minus est: nisi aliqd obsistat. Sicut aūt sanitas est qd melius q̄ medicina: cū sit finis eius: sic videt character vel ornat⁹: nobilioꝛ effectus q̄ vtus in sacramētis. Unde si xp̄o cōpetit causare characterē: pōt ei cōpetere causare etiā illā vtutē: ꝛ per ꝑs cōpetit: q̄ nō decuit sibi aliquid negari q̄ sibi potuit cōicari. Et sic nec illa vtus est per creationē cū xp̄s fm q̄ hō creare nō possit. ¶ Ex hoc patet solutio. Ad argū in oq̄positū. q̄ nō est sīle de illis ꝛ de istis: vt patet per ea que dicta sunt.

¶ Questio II.

Secundo queriť de baptismo Joannis. Et videt q̄ xp̄s nō debuerit illo baptizari: q̄ nobilioꝛ est baptismus xp̄i q̄ baptismus Joānis: sz ipse nō fuit baptizatus baptismo suo: g̃ multo minus alieno. ¶ Contra est auctoritas euangelij. ¶ R⁹. hic sunt quinque articuli.

Primus est de forma huius baptismi: q̄ erat q̄ baptizabat in noīe vēturi. Quia enīz erat expressioꝛ figura q̄ sacra antiqua: que: expressio maioꝛ est in forma q̄ in mā: nō tū debuit cōicare in mā cuz baptismo xp̄i: sicut oblatio Melchisedeh cū sacro altaris sed etiam cū boc in forma: vt aliquā formā verboꝝ haberet. Et illa fuit similis illi: quā apl̄s seruabāt baptizantes in noīe iesu. ¶ Sed ꝓtra hoc arguūt quidā: p̄mo probantes q̄ ex textu actuū. 19. vbi dicit Paulus ad illos qui erant baptizati baptismo Joānis. Joānes baptizauit baptismo pnīe ppl̄z .d. in eū qui venturus esset post ipsuz vt crederent: hoc est Iesuz: p quē cōiter ꝓbat q̄ hec fuerit forma: q̄ hec nō sit sufficiēs ꝓbatio. Videt enī intētio beati Pauli fuisse: q̄ illa essent vba Joānis docentis: nō forma baptizātis: q̄ ꝑz ex solo textu verboꝝ. Dic. n. p̄mo q̄ baptizabat baptismo pnīe: deinde q̄ dicebat vt crederēt in xp̄m venturū. Constat enīz q̄ de forma baptismi nō erat pnīa: sed solū de doctrina: g̃ sil'r de forma baptismi: nō erat q̄ crederēt in nomen vēturi: sed solū de doctrina. ¶ Scō sic Joānes baptizauit xp̄z: ꝛ ꝓstat q̄ non in forma venturi: g̃ ꝛc. ¶ Et iō 3⁹ dicūt q̄ Joānes nō baptizabat sub aliqua determinata forma vboꝝ: q̄ baptism⁹ Jo. fuit medi⁹ iter sacra ve. ꝛ no. leg. Cōueniebat. n. cū sacro no. le. ꝛ maxime cuz baptismo xp̄i in mā: vl' in expssa significātia: cū sacris vo ve. le. in insufficiētia: q̄ nō ꝓferebat gratiā vt dicet. Cum ergo efficacia sacri forme attribuat: sicut in reb⁹ nālibus tota vtus ꝛ actio est a forma: iō pōt dici ꝓbabil'r: q̄ nō vtebat Jo. aliq̄ forma vboꝝ. ¶ Sed ad p̄m argū istoꝝ dōm: q̄ sicut euāgeliste tractātes de sacro altaris ponūt quedā vba: q̄ pertinent ad narrationē histozie: ꝛ q̄dā q̄ ptinent ab subam forme: sicut hoc est corp⁹ meū: ꝛ hic est sanguis meus ꝛc. q̄ ptinent ad formā: sed hoc facite in meā cōmemorationē ꝛc. ptinet ad doctrinā: sic in actib⁹ q̄dam recitat Paulus: pertinētia ad doctrinā baptizātis: ꝛ q̄dā ad baptismi formaz. ¶ Ad zᵐ pōt dici: q̄ sicut xp̄s q̄n̄ vsus est sacris: vel in pso na sua: vel in alys. nō semp formā expsit: q̄ in se qdē non eguit: ꝛ sine forma effectū sacri alys tribuere potuit: nihilominus tū sacris suis certā formā ididit: quā cōiter seruari voluit: lz q̄nq̄ dispēsauerit: sicut forma baptismi mutata fuit de noīe trinitatis in nomē iesu: ita ꝛ in baptismo Joannis certa illa forma fuit: que tū in baptismo xp̄i seruata nō fuit: q̄ nō eadez in ipso ꝛ in alys rō: sed ꝺzia fuit. ¶ Ad 3ᵐ dōm: q̄ lz cū antigs sacris ꝙuenerit in nō habēdo efficaciaz. q̄ ꝓncipal'r est a forma: ꝙueniebat tū cū nouis in expsione significātia: q̄ etiā est a forma. Uñ ꝛ si nō eguit forma ꝓpter inefficaciā: indiguit tū forma pp significantiā. Naz quo ad māz ita expssa figura fuit in mari rubro ꝛ ī diluuio ꝛ plus. Qr̄ q̄ baptismus Joannis fuerit figura scripta canonis nō exprimit: sicut facit apl̄s de alys. d. Oēs in Moyse baptizati ꝛc. Et p⁹ -pe. 3⁹. de Noe ꝛ Diluuio: Similis forme saluos facit baptisma.

Secundus articulus est: q̄ fuit sacrm vt figura: sacramētale vt ꝓparatoziū: ꝙsiliū nō ꝓceptū. Fuit g̃ sacrz: eo mō quo fuit sacre rei signū: ad sacrā duz adhibituz ex opere operāte: nō ex ope opato: sicut sacra ve. le.: nō sic tū q̄ esset de necessitate salutis: sed erat in ꝙsilio. Et cōmēdant publicani ꝛ meretrices baptizati ab eo: quia p illud ad pnīaz sunt ꝙuersi cooperāte eius doctrina. Nihilomin⁹ tū videt tūc fuisse sub p̄cepto: q̄ rep̄hendūtur pharisei: qui voluerūt baptizari ab eo: nisi dicat q̄ sicut sacra aliqua no. le. nō sunt necessitatis: tū eoz ꝓcept⁹ ē mortalis: sicut forte ꝙfirmatio ꝛ extrema vnctio: sic pharisei mortal'r peccauerūt: nō q̄ illo baptismo baptizati nō fuerūt: sed q̄ illū baptismū q̄ a deo erat inspiratus ꝓtēpse serunt ꝛ despexerunt: dicentes: Quid ergo baptizas si tu non es chr̄istus.

Tertius articulus est de eius effectu. Ubi sciendu z q̄ nō cōferebat gratiā ex ope opato: sed ex opere operāte: nisi q̄ dz distingui ex ope opato: q̄ cū nihil creatū cōferat gr̄az: nisi dispositiue: fm q̄ op⁹ opatū tripliciter disponit: dicit aliud ex ope opato tripl'r ꝙferre gr̄az. Uno mō causando effectiue dispōnez ad eā: q̄ dicit character vel ornatus. Et sic sola sacra no. le. causant gratiam ꝛ forte circūcisio. Scōo mō sicut cā sine qua nō: sufficiens tū p ie: sine ope operante ex parte gr̄am suscipientis: ꝛ sic omne sacrm q̄ fuit ꝓncipal'r institutuz ꝺ originale in pueris: nisi circūcisio ꝙferebat gratiā: ex ope operato: nō q̄ aliquid efficeret in puero: sed q̄ ex hoc ipso quod exhibebat puero: vel ꝓ puero: sine aliquo alio: deus ifundebat gr̄az puero. Et sic sacra antiqua p adultis instituta gratiā non cōferebāt ex ope opato: sed tū ex ope operāte p se regsito q̄ q̄uis sine peccato mortali essent: nisi cū boc motū libi arbitry in deū actu haberēt illa sacra suscipiēdo nihil gr̄e recipiebāt. Tertio mō ex ope opato ñ excludēdo op⁹ operans. Et sic dicit ex ope opato ꝙferre gratiā id q̄ de se est bonū moral'r. sine ꝺ q̄ accipiat bonitatē ex operāte: sic dicere dare elemosinā: ꝛ q̄cūq̄ quod est de genere bonoꝝ cōferre gr̄am ex ope operato: inq̄tū ipsuz opus de se ē natū disponere ad gr̄az. Et sicut diceret illud: q̄ est de genere malorū auferre gratiā ex ope opato: q̄ de nā sua est ꝺzium gr̄e. Illa aūt que sunt indifferētia dicūtur nec auferre nec cōferre gr̄am ex ope opato: sz solū ex ope operāte: ex q̄ habēt q̄ sint bona vel mala: cuz possint bene ꝛ male fieri: vt leuare festucā: nec aufert nec cōfert gr̄am ex ope operato: sed ex ope operāte: si eleuet ad edificandū eccl'iam: cōfert gr̄am: si ad cōburēdū eccl'iam aufert gr̄az. Qr̄ ergo oē opus vtutis isto mō pōt dici ꝙferre gr̄am ex ope opato: iō sacra ve. le. que q̄ erāt a deo ꝓcepta ad dei cultū iā erant actus virtutis obediētie ꝛ latrie: ideo ex ope operato ꝓput erant a deo ꝓcepta: ꝛ si nō ex sua nā ꝙsiderata absolute poterāt dici ꝙferre gr̄am ex ope opato: nō excludēdo tū op⁹ operās: q̄ ex iussu diuino habebāt bonitatē mālez quam genus nāe negauit. Sz ex ope operāte habebāt bonitatē formalē. Et sic mal'r ex ope opato: sed formal'r ex ope ope

rante iustificabant. Et isto mō baptismus Jo. quia ex dei mandato ⁊ inspiratione istitutus erat: ex hoc erat bonꝰ et sanctus: ⁊ de se meritorius aptitudine: cuius actꝰ ⁊ forma erat ex ope operāte. Uñ nō erat pro paruulis. ¶ Sz ⁊tra hoc arguūt qdaz. ℞ro q auctas illa. Joānes baptizauit aq̄ ⁊c. nō ꝓbat q baptismꝰ xpi ꝛferat gr̄am ⁊ nō baptismꝰ Jo. nec illa silr: ego baptizo in aqua ⁊c. qz qñ dicit Uos autez baptizabimini ⁊c. itelligit de missione spūs scī in die pentecostes sup aplos: qui tūc baptiçati nō sunt. Jtē Joā. subiūgit. Ipse baptiçabit vos in spū ⁊ igne. i. in spū scō i spe ignis. Unde ille auctes loquūtur de baptismo metaphorice ñ ꝓprie de baptismo xpi: qō ꝓbāt: qz ex illis auctibꝰ habet q in baptismo Jo. nō dabat spūs scūs: p quē fit remissio pctōz ⁊ gr̄e infusio: iō nō videt q ꝛferret gr̄az. ¶ Secūdo rōne sic: qz sacr̄a nō efficiūt nisi ad qō instituta sūt: sz baptismꝰ Jo. nō fuit istitutꝰ nisi ad p̄figurādū baptismuz xpi ⁊ ad p̄parādū hoies ad baptismuz xpi ⁊ ad disponēdū māz p baptismo xpi: g̃ solū hoc ⁊ nō gr̄az ꝛferebat. ¶ Sz p̄mꝰ nō valet de methaphorico: qz statiz sequit. Uos aūt baptizabimini spū scō nō post multos hos dies: qz in diebus pētecostes: nō soluz fuit baptismꝰ flaminis sup. cxx. ⁊ sup alios particulares: sz ēt baptismꝰ fluminis: qz tria milia: ⁊ multo plura tūc baptizati sūt aqua. Uñ nō solū de baptismo metbaco sz magis de ꝓprie dicto: ⁊ de vtroq; intelligi pōt: magis q̄ de altero tñ: spāl̄r metbaco. Sil̄r ꝑma auctoritas qz segtur: baptizabit vos spū scō ⁊ igne: pōt itelligi de vtroq; baptismo: qz ante xpi passionē apli baptiçabāt i aq̄ baptismo xpi: in quo dabat gr̄a spūs scī: ⁊ postea in die pētecostes in igne eū suscepерūt. Sic g̃ ille due auctes: aut itelligūtur de vtroq; baptismo: aut si de altero: magis de illo q est in aqua: cū sit ꝓprie dictꝰ: q̄ de illo q dicit solū trāslatiue: sicut ridere p se sūptū: magis dz stare p actu oris q̄ ꝓ floritiōe prati. Et rō sua potiꝰ ē ad oppositū: qz si sacr̄z efficit id ad qō istitutū est: alias est frustra: cū nec ꝑparari ad xpm: nec penitere possit hō nisi p gr̄am: baptismꝰ pnie ⁊ ꝑparatoriꝰ xpi gr̄az cōtinebat. Sed hoc verū ē eo mō quo dictū est. s. meritorie: nō effectiue: itē ex ope operāte nō ex ope opato. ¶ Ad auctes posset dici q in baptismo Jo. dabat spūs scūs ex ope opato: sz nō solo sic in baptismo xpi. Sz qz loquēdū est vt plures: iō ꝓprie loquēdo nihil cōfert gratiā ex ope opato: nisi illud qō nō coexigit p se op⁹ operans. Et sic solūmō sacr̄a no. le. oīa etiā sacr̄a antiq̄ ꝺ originale ꝛferebāt gratiā ex ope opato: Baptismꝰ aūt Joā. p se requirebat opus operās: ideo non cōferebat gratiā ex ope opato sicut nec sacr̄a vetera adultorum.

Quartus articulus ē de subo bꝰ baptismi: qz ñ paruuli sed magni viri ⁊ mulieres: q̄bus eq̄l̄r pnīa cōuenit hoc baptismo baptizari debuerūt. Uñ mereтrices cum publicanis legunt baptiçati. Xp̄s etiam hoc baptismo debuit baptiçari ꝓp multas causas: que tangun tur in glo. Mat. p°. s. ꝓpter humilitatē iplēdā: vt ipsemet dicit Mat. 3. vt baptismū Jo. approbaret: ⁊ vt aquas ꝺsecraret sue carnis tactu: ⁊ sic baptismū suū istitueret. Quartaz causaz tangit Augu. in lib. de nā boni: vt. s. ostenderet non interesse quis a quo baptizaret. Quintā causaz tāgit ī lib. qōnū no. ⁊ ve. testamenti. s. ad exmeplū baptismi ꝓponendū bis q erāt futuri filij dei p fidē. Sextā tāgit Criso. s. vt in baptismo miracula ostēdēs euacuaret illoꝝ errorez: q Joānē maiorē xp̄o credebāt. ¶ Ad argum in ꝓriū dicendū q verū est q xp̄s nō fuit baptizatꝰ baptismo suo: et ad hoc assignātur ab aligbus aliq rōnes. ℞ro qz si fuisz baptiçatꝰ baptismo suo: aut ꝓpter characterē: aut ꝓpter augmētū gr̄e ꝫ fuisset: sz nihil isto ꝛ cōpetebat xp̄o: iō ⁊c. Sed ista rō nō cogit: qz nec effectus circūcisionis nec cōionis sibi cōpetebāt: ⁊ tñ circūcidi voluit: vt illā approbaret ⁊ cōicare voluit: vt nos institueret: qz cepit ieſus facere ⁊ docere. Jta diceret aligs q baptiçatus fuit suo baptismo: vt facto nos doceret nō solū verbo. Tñ creditꝰ q nec ipse baptiçauit suo baptismo aliquē: nec illo baptiçatus est Jo. q̄uis xp̄s nō baptiçaret: sed discipuli eiꝰ. Alia est rō quā q daz assignāt. s. q sicut nullus gnātur a seipso in esse nature sic nec regnāri dz a seipso in esse gr̄e: sz baptismꝰ est quedā regnātio: g̃ ⁊c. Sed nec hoc valet: qz sicut ipse ℞m q hō generat ex seipso ℞z qō deꝰ: sic potuit regnāri ⁊ fuit regnātus: qz ⁊ scificatꝰ. Uñ dicit. Ego ꝓ ipsis scifico meipsum. Sic enī de virgine se gnāuit sic ⁊ de massa Ade se regnāuit: qa se sanctū fecit: cū se sanctū facere nō sit aliud nisi se regnāre: nisi dicat q regnāre ē de filio ire filiū gr̄e facere: ⁊ sic sibi nō cōpetit regnāri. Sed tūc hoc nō est ꝓpter idētitatez agētis ⁊ patiētis. ¶ P̄. xp̄s potuit a Petro facere se baptiçari baptismo suo. sicut fuit baptiçatus a Jo. baptismo alieno. Qō aūt dixit de eo. Hic est q baptiçat: verū est baptismo interiori. Et iō alia ratio est: qz chr̄ist⁹ ꝺfiteri pctā nō potuit: quia ea nō habuit: ⁊ mētiri nō potuit: ⁊ quia qui baptiçat pctōrē se fatet: iō ⁊c. Sz si ist a rō est bona: tūc in baptismo Jo. nō debuit baptiçari: qz scriptuz est: Baptiçabantur ab eo cōfitentes peccata sua. Et ideo rationē suffi cientem ignoro: nisi suam voluntatem.

Quintus articulus est q baptiçati baptismo Jo. in oēm euētū baptiçari debuerūt baptismo chr̄isti. ℞ro qz apli baptiçati fuerūt baptismo chr̄isti: vt dicit glo. sup illud: Qui lotꝰ est nō indiget nisi vt pe. la. Et de ꝺsecra. di. 4. Uñ a hierlis. ⁊. c. sequēti: quoꝝ tñ aliqui baptiçati fuerūt baptismo Jo. vt illi qui fuerāt Jo. discipuli: de q̄bus p̄misl̄e est: q crediderūt in vēturū: nec spez suā ibi posuerūt. Scōo qz ꝛz fides ⁊ deuotio faciāt ad rē sacr̄i: nihil tñ faciūt ad substam sacr̄i que est sine illis: ⁊ non est illis solis positis: sicut decretal' dicit de iudeo: q ex fide ⁊ deuotiōe baptismo chr̄isti saliua se baptizare voluit. d. Ego me baptizo ⁊c. qz salvꝰ fuit baptismo flamis ñ flumis. Uñ ī cimiterio bñdictio sepeliēdus nō fuit: sicut excōicatꝰ qui in morte penituit quouscq; absolutꝰ sit: g tñ post mortē potuit absolui: sed nō baptizari. Uñ baptiçati baptismo Jo. ex fide ⁊ deuotione ad ieſuz ⁊ eius baptismū: nō susceperunt substam sacramenti baptismi chr̄isti. ℞propter qō indigebāt baptiçari: ꝛz haberēt rē sacramēti: sicut ⁊ ille iudeꝰ de quo dictū est. ⁊ habet ex de bap. c. debitū. Et q̄uis ille iudeꝰ videat mortuus fuisse hereticus q credebat posse baptiçari sine aqua: ⁊ a seipso q̄ duo sunt heretica. tñ nō fuit: qz vel ñ credebat illud esse baptismū verū: sed aliqd in illi⁹ signuz ⁊ memoriale faciebat: sicut q nō audēt cōicare sumūt paruez bñdictū loco illi⁹: ⁊ Rolādus morieṡ: herbā p cōione accepit: vel si errauit tūc hereticus nō fuit: qz baptismum credebat iplicite: sz explicite nescies illō opinabat; paratꝰ tñ aliter credere si sciret eccl'iaz aliter sentire. Nec teneba tur explicite scire: qz nō poterat scire. Uñ nō peccabat verāz mām ⁊ ministrū ignorādo: nec falsuz arbitrādo: qz nō ptinaciter. Et iō nō fuit hereticus sz fidelis. Qō III

Tertio q̄rit vtrū gr̄a q̄ est in sacr̄is no. le. differat a gr̄a q̄ est in virtutibus ⁊ donis. Et videt q non: qz aut ē gr̄a gratū faciēs: ⁊ illa est vna. aut ē gratis data ⁊ illa pōt eē sine gr̄a gratū faciente: sz gr̄a sacr̄alis nullo mō: ergo ⁊c. ¶ Cōtra B. di. Diuisiones gr̄arū diuersis sacr̄is sunt collate: sed hoc nō est de gr̄a gratū faciente: q̄ ē vna in oībus īdiuisa: g̃ ⁊c. ¶ R°. cōis opi. ē q sunt idez: qō ꝓbat gnq; rōnibus: q̄rū ꝓria est ex cōparatiōe sanitatis spūalis ad corporalē sic: qz sicut se hz sanitas p artē restituta ad sanitatez p nām: sic gr̄a sacr̄alis ad vtutes: qz sacr̄a sūt q̄dā medicine: sed illa est eadē. 7. meth. g̃ ⁊c. Scōa ē ex gnāli āmotione mali sic. ℞per idē tollit malū inq̄tū ꝑuat bonū opposituz:

& inq̃tū ledit subm diminuēdo habilitatē ad illud vnde & visus miraculose restitutus qui tollit cecitatē & indispositionē est vnus & idez cū visu naturali: sed peccatū vnuz & idē ē qđ tollit siue ꝓuat gr̃az & cozrūpit potētiaz aīe p maculā: g̃ eodē tollet formal'r q̃tuz ad vtrūq;. Tertia sumit̄ ex gr̃a fz q; fluit ad defect⁹ tollēdos & potētias pficiēdas sic eodē formal'r tollit̄ defcūs po⁹ & pficit̄ po⁹. Lū.n. ōfcūs po⁹ dicat purā ꝓuationē pfcōnis: q̃ ē iperfectio sola pōne. habit⁹ destruet̄ impfecto. ꝑ qđē ex pte māe. Ko pficiet̄ potētia: sic eodē lūe pellit̄ tenebza & illuiat̄ aer. Quarta sumit̄ ex oppōne sic. Lz vni fz diuersa opponant̄ pl'ra: vt eq̄li mai⁹ & min⁹. io. metha" tñ vni⁹ fz idē vnū ē oppo⁹. Sz vnū est peccatū quod habet inozdīationē actus & vulnerat potētias aīe: ergo vna est vtus q̃ pficit habētē & op⁹ ei⁹ bonū reddit. Quinta sumit̄ ex termīo sic: Per idē recedit aliqd ab vno termīo & tēdit ad oppm: vt p leuitatē a centro surſuz. Nec valet solo vt opponit̄ vtuti & vt vulnerat: qz si oppō ad vtutē eēt formal'r p aliud q̃ p vulnus: bñ regrereť aliud & aliō remediū: sic in vulnerato q cuz hoc bz febzē: regrit̄ duplex sanitas: fz qñ vtrūq; ē per idē: vtrūq; tollit̄ p idē: vbi gr̃a. Aer ē tenebzosus p abñtiā lumīosi & interpōne opaci. Uñ regrit̄ lux formal'r pellēs tenebzā & remouēs opacū iterpositū: qō cāt habilitatēz ad lucē. Sz si sola abñtia lucis causat tenebzā sola restitutio ei⁹ tollet tenebzā q̃tū ad oēz ei⁹ effectū. Et sic ē i ꝓposito: qz pctm̄ nō cozrūpit potētiā aīe: p bitū aliquē vl' ꝓuationē differentes ab bitu & ꝓuatiōe oppositis vtuti. Et iō sola vtus restituta sufficit q̃ ad vtrūq;. Nec obstat qō dr̄ q; sacr̄al' gr̃a nō erat in statu inocētie necria: fz gr̃a vtutū tūc erat necria: & sic vr̄ q; nō sint idē. nā lz gr̃a sacroꝝ & vtutū sit vna: tm̄ fuit necessaria hec & nō illa in statu inocētie inq̃tū hoc: sed tm̄ id qō ē vtraq; fuit necriū: sic̄ sanitas p medicinā restituta nō ē necessaria ei q nunq̃ fuit ifirm⁹: ē tm̄ necria infirmo: & tm̄ nō drm̄t a nāli nisi penes cām extrinsecā & accm̄talē. Uel dōz q; gr̃a sacr̄al' nō fuit in statu inocētie necria inq̃tū ꝓferť p sacr̄a: nec inq̃tū ordinat̄ ad sanādū: fz inq̃tuz ordinat̄ ad bñ opandū sic fuit necria. Nec obstat ko id qō dr̄: q; nō cōtrit⁹ recipit gr̃az sacr̄alē si nō fict⁹ accedat: nō ꝓtrit⁹ ät nō bz vtutē pnīe: nec p ꝑñs alias vtutes: & sic vr̄ q; nō sint idē. nā lz nullus adult⁹ recipiat gr̃az sacr̄alē: nisi nō fict⁹: tm̄ nō fict⁹ ꝑt carere gr̃a & vtutib⁹: vt si sit attrit⁹ & nō cōtrit⁹: nec tūc erit sine pctō & gr̃a: īmo erit in pctō mortali: fz vtute sacramēti attritio mutabit̄ in ꝓtritionē: & suscipiet gr̃az vtutū & sacr̄i. Sic.n. dicit fr̄ Tho. 4. sñiaꝝ. di. 6. q. i. articlo. 3. q. i. in vlt. argumēto Jn ꝑriū q; sufficit attritio ꝑcedēs ad excludēdū fictionē: Si aūt sit ꝓtrit⁹: tūc suscipiet gr̃az sacr̄alē: nō p infusionē noue gr̃e; fz p augmētū ꝑexītis: sic̄ in illo q bis vere penituit: et de eodē pctō. Nā i ka susceptiōe sacramēti ꝓstat q; nulla noua gr̃a sibi ifundit̄: sed sola ꝑēs auget̄: qz nouiter ifusa eēt eiusdē rōis cū p⁹. Nec valet qō tertio dr̄: q; vtutes sūt ꝓnexe: fz gr̃e sacr̄ales nō: g̃ñ sūt idē qz nō ē sil'e. Nā vtutes bñt ꝓnexionē qz fluūt ab vna gr̃a: q̃ sine eis eē nō ꝑt: fz sacr̄a nō fluūt a gr̃a: q̃ ēt sine eis: eē ꝑt.

¶ Nec valet ēt qō q̃rto ꝓsueuerit argui: qz diuersoꝝ effectuū sūt diuerse cāe: fz effcūs sacr̄ales sūt diuersi: g̃ sūt a diuersis gratys: & sic nō vna. Dōz q; diuersa sacr̄a bñt diuersos effect⁹: q; sūt characteres vl' ornat⁹: nō aūt gr̃e. Uel dicendū q; ad diuersitatē cārū formaliū seq̃t diuersitas effect⁹: nō aūt ad diuersitatē efficiētiū: maxīe instr̄aliū. Sic̄ enī vna est sanitas: q̃ diuersis īfirmitatib⁹ tolli pōt: & sic bz diuersis medicinis recuparī: ita vna ē gr̃a q̃ diuersis pctis tollit̄: & diuersis sacr̄is repat̄. Sz singularis opi. Tho. est i ꝑriū. Et sic posset ꝓcozdari. Oz.n. in. 4. dic̄ sacr̄a nō attingere ad gr̃az: fz ad ornatū: verū est de gr̃a gratū faciēte. Et qō dicit i vltia pte q; attīgūt ad gr̃az verū ē sacr̄alē q̃ dr̄ a ꝑma. Sz Tho. vr̄ velle q; ista gr̃a sacr̄alis nō solū differāt a gr̃a gratū faciente & vtutib⁹ acqsitis & infusis & donis: fz ēt ab ipso ornatu vl' characterе: qz dic̄ q; gr̃e sacr̄ales fluūt a gr̃a sic̄ & vtutes: & supponūt gr̃az gratū facientē: qō nō facit character vl' ornat⁹. Et ꝑ ista opi. ē: qz vnūqōq; sacr̄z ē introductū in spāle remediū ꝓ spālē defectū: siue sit cl'pa siue pena ex cl'pa derelicta: siue qō cūq; aliud. Uñ cū effcūs particl'aris reducat̄ i cāz particularē non vl'em imediatā: cū cōe sit sacr̄is no. le. ꝓferre gr̃az & vtutes: spāle vo sit vni cuiq; supposita gr̃a remediū ꝑbere ꝓ spālez defectū: vr̄ q; vnūqōq; sacr̄m bz spālē aliquē effectū ꝓ suū ꝓpriū öffcūm. Et hoc pz in singulis: sicut pnia cōtra oē pctm̄ actuale: baptism⁹ ꝓ originale: mr̄imoniū ꝓ cupiscētiā: ꝓfirmatio ꝓ timiditatē & verecūdiā. Jn ꝓfirmatiōe igit̄ audacia maioz formal'r ē p gr̃az sacr̄alē. & nō solū p vtutē fortitudis: q̃ maioz dat̄ in sacro qō plus ꝓfert de gr̃a: sic̄ in Eucharistia & ordīe. Et sil'r in eucha⁹ maioz tēperātia ifundit̄ q̃ i mr̄imonio: fz i mr̄imonio spālis gr̃a sacr̄al' dat̄: vt sciat vnusq; suū vas possidere: g̃ i ꝓfirmatiōe ē aliqō robur qō ē gr̃a gratis data: supponēs tm̄ gr̃az gratū faciētē: & sil'r i mr̄imonio. Jn ordine aūt dat̄ spālis gr̃a exequēdi suuz offm̄: & sic de alys. ¶ Si dicat̄ q; p vnū sacr̄z: pleni⁹ habeť effcūs alteri⁹ spālis: sicut p baptismū actualia pleni⁹ remittunt̄: q̃ p pniaz: g̃a sili nō ē icōueniēs per aliō sacm̄: plus mederi ꝓcupiscētiā q̃ p mr̄imoniū: & sic de alys: nō valet: qz illud ē p accns: istud aūt ē p se. s. collatio virtutū & augmētū in eu charistia. Uñ si spālia remedia i alys sacr̄is essent p se ex gr̃a gratū faciēte & vtutib⁹ p se: & ñ p accns: eucharistia pl's r̄mediaret ad oīa q̃ cetera: & sic sup fluerēt. ¶ Ad gnq; ät rōes ꝑ alia opi. q̃ sūt ꝓ ista ē siml'r rñdēdū p iterrēptionē ei⁹ qō supponit̄: qz in oi sacro dat̄ remediū ꝓ diuersis ōfectū: cui nō subuenit̄ p gr̃az gratū faciētē per se & imediate: nec p ei⁹ augmētū: cū se cōpatiant̄: sic̄ licz p gr̃az gratū facientē tollat̄ culpa & macula mortalis: & pena eterna: quia ista nō pñt siml' stare: tm̄ nec culpa venialis: nec pena tpal' nec verecādia: nec ꝓcupiscētia: nec m'lti alij defect⁹ iclinātes ad pctm̄: g stāt cū ea: ēt intēsa p eā tollunt̄: qz nihil corrūpit nisi a suo ꝓrio: g̃ ē alia gr̃a ꝓria istis p quā tollunt̄ vl' remittunt̄. ¶ Utruz aūt ex vno sacro iterato ꝑfluat vna gr̃a tm̄ spē: an diuerse dubiuz est. Et posset dici ꝑbabil'r q; ñ defect⁹ ē vni⁹ spēi tūc est vna: sic̄ in mr̄imonio & sil'ib⁹: fz q̃ defect⁹ lz sit vni⁹ generis: est tm̄ differēs spē: tunc forte gr̃e differūt spē: sic̄ in sacro pnīe: de eodez pctō numero vel spē bis ꝓfitēs gr̃az eādē vl' augm̄ recipet: de diuersis diuersā. Uel forte sic̄ vna vt⁹ pnīe est de oīb⁹: sic & ꝟ vna gr̃a differens tm̄ a pnīa vtute: cū illa maioz ifundat̄ in eucharistia. ¶ Ad arg^m in ꝑriū pz rñsio ꝑ ea que dicta sūt: quia gr̃a sacramētalis nō est gratia gratū faciēs: nec gratis data ifozmis: sed gratis data formata: sicut mozales infuse.

¶ Quid sit baptismus. Di. III. a

POst hec videndū est quid sit baptismus: & que sit fozma: & quādo istitutus: & cā istitutionis. Baptismus dicitur intinctio: idest ablutio cozpis exteriozis facta sub fozma verboz pscripta. Si.n. ablutio fiet sine verbo: nō ē ibi sacm̄. Sed accedente verbo ad elemētū: fit sacm̄. nō vtiq; ipsū elemētū fit sacm̄: fz ablutio fcā i elemēto. Uñ Augu. Uerbo baptisma ꝓsecrat̄. detrahe verbū: & quid ē aq̄ nisi aq̄: accedit verbū ad elemētū: & fit sacr̄z. Uñ ē hec tāta virt⁹ aque vt cozp⁹ tāgat & cor abluat nisi faciēte verbo: nō qz dr̄: fz qz credit. Nāq; &

in ipo verbo aliud est sonus transiens: aliud est virtus itus manēs. In duob⁹ g̃ ꝓsistit sacz̃ baptismi. s. in verbo ꝛ elemento. ergo ꝛ si alia desunt q̃ ad decorē sacī istituta sūt: nō iō min⁹ est verū sacm̃ ꝛ sanctū si verbū sit ibi ꝛ elemētuz. Nā ꝛ in hoc sacrāmēto ꝛ in alīs q̃dā solent fieri ad decorē ꝛ honestatez sacī: q̃dā ad substantiam ꝛ causaz sacī ptinētia. De substātia huj⁹ sacramenti sunt verbuz ꝛ elementū: cetera ad solennitatem eius pertinent.

¶ De forma baptismi. b

Ed qō est illud verbuz quo accedēte ad
f elementum: fit sacramētuz: veritas que docet huius sacramēti formam tradens ait discipulis. Ite docete omnes gentes baptizātes eos: in noie patris ꝛ filij ꝛ spūssancti. Invocatio igitur trinitatis verbū dicit quo baptisma cōsecrat: ꝛ hec est forma verborū sub qua traditur baptismus. Uñ bonifacio epo zacharias papa ait firmissime ꝓceptū ē in synodo anglorū: vt quicūq3 sine inuocatiōe trinitatis mersus fuisset: q̄ sacramentū regenerationis nō haberet: qō oino verū est. q̄ si mersus in fonte baptismi quis fuerit sine inuocatione trinitatis ꝓfectus christianus nō est nisi in noie patris ꝛ filij ꝛ spūssancti fuerit baptizatus. Legitur tamē in actibus apostolorū apostolos baptizasse in noie xpi: sed in hoc noie vt exponit Ambro. tota trinitas intelligit̃. Intelligitur enim cū xpm dicis: ꝛ pī a quo vnctus est: ꝛ ipsum qui vnctus est ꝛ spiritussanct⁹ per quē vnctus ē. Unde Nicolaus papa ad cōsulta bulgarorū a quodam in deo multos baptizatos asseritis: ꝛ quid inde agēdū sit consulitis. Hi profecto si in noie sancte trinitatis: vel in noie christi sicut in actibus apostolorū legimus baptizētur: baptizati sunt: vnū enim idēq3 ē vt exponit Ambrosius.

¶ Si in noie patris tm̃ vel spiritussancti possit tradi baptismus. c

Je queritur an baptismus esset verus si
b diceretur in noie patris tm̃: vel spūssancti tm̃: vt cuz dicitur in nomine christi: Ambrosius videtur dicere q̄ si fide mysteriuz trinitatis teneatur ꝛ vna persona tm̃ nomine tur: plenū est sacm̃. Et econuerso si tres nominent̃ ꝛ nō recte de aliquo illorū sentiat̃. vacuū fieret mysteriū trinitatis. ait. n. sic. Ubi non est plenū baptisma sacm̃: nec pticipiū nec species aliqua baptismi estimat̃. Plenū autē ē si patrē ꝛ filiū ꝛ spūmsanctuz fatearis. Si vnū neges: totū subrues: ꝛ si vnū i ꝑmōe cōprehēdas: vel patrē vel filiū vl spūmsanctū: fide aūt nec patrē nec filiū nec spūmsanctū abneges: plenū ē fidei sacm̃. Ita ēt lz patrē ꝛ filiū ꝛ spūmscūm dicas ꝛ pīs ꝛ filj ꝛ spūssci minuas ptātē: vacuū est oē mysteriū. Cū enim dī in noie xpi: p virtutez nois impletū ē mysteriū: nec a xpi baptismate spūs separat̃: q̄ xps baptizauit in spū.

¶ Questio Ambrosij. d

Une cōsideremus vtrū sicut xpi noie le
n gimus baptismi plenū eē sacm̃: ita etiā spūsco nūcupato: nihil desit ad mysterij plenitudinē. Rōnē sequmur q̄ vnū dixerit: trinitatē significauit. Si xpm dicas: ꝛ patrē a quo vnctus ē filius: ꝛ ipsum q̄ vnctus est. s. filiū: ꝛ spūmsanctū quo vnctus ē designasti. Scriptū est. n. hūc eē Jesuz a nazareth quē vnxit deus spiritusancto. ꝛ si patrē dicas: filiū eius ꝛ spūz oris eius pariter idicas: si tm̃ id ēt corde cōprehēdas. Et si spūmscm̃ dicas: deū patrē a quo ꝓcedit ꝛ filiū eius cuius ē spūs nūcupasti. Unde vt rōni copulet̃ auctoritas dñs dicit. Vos autē baptizabimini in spū sancto: ex quo idicat nos recte posse baptizari in spūsancto.

¶ Perstringit premissorū itelligētiā cū determiatiōe cuiusdam dicti. e

Ex his apte itelleristi in noie xpi verū ba
e ptisma tradi: vñ nihilomin⁹ insinuari vī verū baptisma dari posse i noie pīs tm̃ vl spūssācti. si tm̃ ille q̄ baptizat fidē trinitatis teneat: q̄ trinitas i quolibet hoz noium itelligit̃. Si aūt aliqs puersē credēs ꝛ errorē inducere in tēdēs vnū de tribus tm̃ nūcupet: nō iplenit mysteriū. Qō vero ait noiatis tribus vacuū eē mysteriū si baptizans minuat ptātē pīs ꝛ filj vel spūssci. i. male sētiat de potētia alicuius hoz: ñ credēs vnā potētiā triū: itelligēdū ē hoc sup eū q̄ nō itēdit nec credit baptizare q̄ nō tm̃ caret fide sed ēt intētionē baptizādi nō hēt. Qui ergo baptizat i noie xpi: baptizat i noie trinitatis qm̃ itelligit̃. tutius ē tm̃ tres personas ibi noiare: vt ibi dicat̃ i noie pīs ꝛ filj ꝛ spūssci: ñ i noibus sed in noie. i. inuocatiōe: vel i cōfessiōe pīs ꝛ filj ꝛ spūssancti. Jnuocat̃. n. ibi tota trinitas vt inuisibiliter ibi opet̃ p se sicut extra visibilr per ministeriū. Si aūt dicat̃ in noibus: nō est ibi sacrāmētū: q̄ nō seruat̃ forma baptismi.

¶ De institutione baptismi. f

Ē institutione baptismi q̄m cepit varie
o sūt estimatiōes. Alij dicūt tūc eē istitutū cū Nicodemo xps ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spūsancto ꝛc̄. Alij dicunt institutionē baptismi factā cū aplis dixit. Ite docete omnes gētes baptizātes eos in noie pa

tris ⁊ filij ⁊ spūssancti. Sz hoc dixit eis post resurrectionem: precipiens eis ō vocatiōe gētiū: quos añ passionē binos miserat ad predicādū in iudea ⁊ ad baptizādū dicēs. Jn viā gentiū ne abieritis. Jā ergo istitutus erat baptismus: q̄ baptizabant simul ⁊ predicabant.

¶ De forma i qua baptizauerūt apostoli ante passionem Christi. g

s Jvero q̄rit̄ in qua forma tunc baptizauerūt. Sane dici pōt i noīe trinitatis. s. i ea forma i q̄ baptizauerūt postea gētes: que añ passionē pōt intelligi fuisse tradita: lz nō sit scriptū. Nō ergo tē illā formā xp̄s p̄i⁹ tradidit cū ad euāgelizādū gētib⁹ misit: ⁊ quā añ tradiderat mittens eos i iudeā post iterauit cū ad gētes misit. Cōmodi⁹ ḡ dī istitutio fcā q̄n xp̄s a Joāne baptizatus ē i iordāe. q̄ō dispēsauit non q̄ mūdari voluit cū sine pctō fuerit: ⁊ q̄ ꝓtact⁹ mūde carnis sue viz regeneratiuā ꝓtulit aq̄s: vt qui postea īmergerēt̄ īuocato noīe trinitatis a pctis purgarēt̄. Tūc ergo istitut⁹ ē baptismus christi in quo trinitas cuius mysterium ibi innotuit interius hominem baptizat.

¶ Quare in aqua tantum fiat. h

E Lebrat̄ aūt hoc sacrm̄ i aq̄ nō in alio li-

c quore vt ait xp̄s. Nisi q̄s renatus fuerit tē. Jō vniformiter id fieri i aq̄ p̄cipitur vt intelligat̄: q̄ sic aq̄ sordes corpis ac vestes abluit: ita baptismus macias aie sordesq̄ viciorū emūdādo abstergit: vel iō vt nullū iopia excusaret q̄ō p̄t fieri si i vino vel oleo fieret: ⁊ vt cō munis materia baptizādi inueniret̄ apō oēs: q̄ō aq̄ signauit q̄ de latere xp̄i manauit: sic sanguis alterius sacīi signū fuit. Nō ergo i aliquo liquore potest consecrari baptismus nisi in aqua.

¶ De immersione quotiens fieri debeat. i

E īmersiōe vero si q̄rit̄ quō fieri dēat: p̄-

d cise rñdem⁹: vt sel̄ vl̄ tertio p vario mor̄ eccle. Añ Greg. De tria īmersiōe baptismi nil veri⁹ rñderi pōt q̄ō q̄ō vosipsi sensistis q̄ i vna fide nihil officit eccle sce ꝓsuetudo diuersa. Qz. n. i trib⁹ subsistētijs vna substātia ē: reprhēsibile eē nullaten⁹ pōt infantē i baptismo ter vl̄ sel̄ mergere: q̄ ⁊ i trib⁹ mersiōib⁹ psonarū trinitas: ⁊ i vna pōt dītatis sinḡlaritas designari. Nos vero q̄ tertio īmergim⁹ ēt triduane sepulture sacrm̄ signam⁹. Scōm hoc licet non mō ter ⁊ ēt sel̄ mergere tm̄. Jbi tm̄ dūtaxat mergere sel̄ licet: vbi ꝓsuetudo eccle tal̄ exīstit. Si q̄s vero id facere īcipiat vbi ꝓsuetudo tal̄ nō ē: vel sel̄ tm̄ mergēdū asserat: reprhēsibilē se eē cōstituit. Añ Haymo. Jn suo sensu habundabat Cyprian⁹ cū sel̄ mergebat i baptismo pu'os: q̄ō ītelligebat studiose iplebat bōis opibus abū dādo: lz i hoc nesci⁹ delinq̄ret: ⁊ q̄ bōis opib⁹ abūdabat postea correct⁹ a deo abūdauit altiori sensu: ter illos mergēdo. Ecce hēm⁹ q̄ deliq̄t: q̄ sel̄ mersit. Sz hoc iō: q̄ aliter se hēbat cōsuetudo illi⁹ eccle: vl̄ q̄ vnā tm̄ faciēdā mersionē asserebat. De tria mersiōe Aug. ait. Postꝫ nos credere ꝓmisim⁹: tertio capita i sacro fōte dimersim⁹: q̄ ordo baptizandi duplici mysteriū significatiōe celebrat̄. Recte. n. tertio immersi estis: q̄ accepistis baptismū i noīe trīratis. Recte tertio īmersi: q̄ accepistis baptismū in noīe xp̄i: q̄ die tertia resurrexit a mortuis. Jlla. n. tertio repetita īmersio typū dñice exprimit sepulture. Cōstat ḡ baptizādos tertio debē īmergi: ⁊ tm̄ si sel̄ tm̄ īmerganť: vez baptisma accipiūt: ⁊ q̄ sel̄ īmergit tm̄: ñ peccat: nisi ꝓsuetudo eccle obsistat vel hoc modo tm̄ debere fieri asserat.

¶ Quando circumcisio amisit vim suā. l

Q uer̄ ēt q̄ri si circūcisio amisit statuz ab

s institutiōe baptismi: ad q̄ō dicim⁹ in xp̄i morte terminata cē legalia oia. Et sic ḡ circūcisio pdidit viz suā: ita q̄ postea non ꝓfecerit: ⁊ potius obfuit obseruatoribus suis. Sz vl q̄ ad oblationē vere hostie ꝓtuit ꝓdesse. Si n. añ passionē legalia finē hūissent: nō ea īminente vetus pascha cum discipulis manducasset.

¶ De causa institutionis. l

A usa vero institutiōis baptismi ē inova-

c tio mētis: vt hō qui p pctm̄ vetus fuerat per gratiam baptismi renouetur: quod fit depositione viciorum ⁊ collatione virtutū. Sic enim fit quisq̄ nouus homo: cuz abolitis peccatis ornatur virtutibus. Abolitio peccatorum pellit feditatem. Appositio virtutū affert decorem. ⁊ hec est res huius sacramēti: scilicet interior mundicia.

¶ Queritur an baptismus aperuit celuz quod non aperuit circumcisio. m

J queritur vtruz baptismus aperuit ce-

s lum quod non aperuit circumcisio. Dicimus q̄ nec baptismus nec circūcisio regni nobis adituz aperuit: sed hostia saluatoris: que si tempore circūcisiōis oblata fuisset: illius temporis homines in regnum intrāssent. Res ergo huius sacramenti iustificatio est.

Circa tertiā distinctionem q̄runt̄ tria. Primū ē ō forma baptismi. 2m de ministro ei⁹. 3⁹ de materia.

Queri ḡ p̄mo ō forma baptismi an possit mutari. Et vr̄ q̄ sic: q̄ catheciśm⁹ ⁊ exorcism⁹ sūt de forma: quibus tm̄ omissis pōt dari baptism⁹ ḡ tē. ¶ Contra: q̄ nō pōt mutari mā: ḡ nec forma q̄ nō ē min⁹ de substa.

¶ Respondeo, Circa istam questionem sunt tria videnda.

Primo quid ē bap⁹. Ubi aduertēdū q⁹ sic diffinit a magro. Bap⁹ ē ablutio corpis exterior fcā sub forma ꝓscripta ꝟboꝝ. Circa quā ē sciēdū q⁹ nō ē iꝺens māz ꝓdicari ō toto i artificialib⁹ i recto sine denoiatōe: qz hꝺ noīa artificialiū sūt ꝯcreta: sic noīa itētionū: vt genus ⁊ spēs: ⁊ nō abstracta. Cui⁹ ꝓbatio ē: qz gnā suaꝝ formaꝝ ñ ꝓdicanť ō ipi⁹ nisi denoiatiue. Nō. n. archa ē q̄drāglus vl' q̄dratū: sz q̄drāgla vel q̄drata. Si aūt ñ ipoꝛtaret nisi foꝛ mā accīt̄alē bōa eēt ꝓdicatio: sic albedo ē color. Pōt etiā subz ꝓdicari sine denoiatiōe de accīte ꝯcreto: lz nō de abstracto: sicut si dico q⁹ albū ē hō: nō aūt albedo ē hō: sz hūana. Uñ hec ē ita ꝓpa. archa ē lignū: sicut ista. albū ē lignū. Sic ēt bñ dr̄: bap⁹ ē ablutio. Nō g̃ dr̄. 7. Meta. q⁹ spa non est es sz enea. ⁊ sil'r de circlo: ⁊ statua dōm. q⁹ accipit ibi in abstracto: qñ nō hz cōis vsus: ō q̄ pleni⁹ dcm̄ ē supr̄. d. i. q. z.

vel saltem id qō res ē ⁊ sacr̄m. i. corpus xp̄i verū: siue hēat fidē siue nō. Et qō dicit glo. de cons. di. 2. c. Trib⁹ q ꝙ cito spēs vētib⁹ terūtur in celū rapiť: lz dicat eē certū: est tn̄ hereticū ⁊ sibyp̄i ꝺicit: qz p̄us reprehēdit illos q dicūt q nō trās it corp⁹ xp̄i ad stomachū: qz dicit̄ ead. di. c. Si quis p ebrietatē. q qui eucharistiā euomuerit peniteat sic vl̄ sic. Non pōt aūt eucharistia euomi ⁊ a stomacho reyci nisi in stomachū sit traiecta. Quādiu. n. maneret substanstia panis si eēt: tādiu manet corpus xp̄i succedēs: ⁊ ꝙdiu maneret suba vini: tandiu manet sanguis. Qz etiā dicit glo. q in secessum nō emittit̄ sed p sudores vel aliter emanat: ēt fatuū ē fingē: qz p secessū tal̄r emittunt̄ spēs sicut emitteret̄ suba pānis vel vini nō al̄r. Hic aūt qnq nō corrupta emittuntur vt in babētib⁹ fluxū: q ⁊ spēs. Propter qō nō esset dāda eucharistia hn̄ti talē fluxū: q integrū emittit ℔ qō sumit sic̄ nec hn̄ti vomitū. cū illō cederet magl̄ i irreuerētiā ꝙ istō. Corp⁹ āt ⁊ sanguis xp̄i tādiu fūt i vētre ⁊ ącunq alibi ꝙdiu spēs manēt: ⁊ ꝙdiu sō eis suba ꝺuersa māsisz si eēt. Nec ꝓpter secessum flux⁹ vētris corrūpuntur: sicut nec p vomitū: qz si spēs incorrupte euomūtur vel egerūtur vere ē ibi corp⁹ xp̄i. Et sicut Hre. nō hz p inconueniēti q xp̄s a diabolo p̄miserit se in montē ⁊ sup̄a pīnaculū tēpli portari: qui permisit se a membris diaboli crucifigi: sic i ꝓposito: maxime qz per omnia hoc corpus xp̄i manet incontaminatum. ¶ Et quod arguitur q i maliuolam aīaz nō introibit sapientia verū est de inhabitatione spūali non sacramētali. ¶ Et qō dicicitur q iste cibus non vadit in vētrē sed in mētē: verū est finaliter: qz est ꝓpter mētem nō ꝓpter ventrē: sed illuc vadit sacr̄aliter quo spēs localiter. ¶ Scōa ꝑ ē. q sancti p̄res xp̄m māducauerūt spūal̄r: qz p fidē ⁊ charitatē sibi īcorporati fuerūt. Nō aūt mandu cauerūt sacr̄m hoc nec xp̄m in sacro sacr̄al̄r: qz nō sumpserunt real̄r qō nōdū erat. Hz nec sacr̄aliter ēt si fidē explicitā habuerint: ⁊ deuotionē: puta Abraā recipiēdo panē ⁊ vinū a Melchisedech si intellexisset eucharistiā: sicut vidit diē xp̄i vidit ⁊ gauisus ē: nō ꝓp hoc sacr̄z spūal̄r manducasset: qz sacr̄m añq eēt institutum nullo modo sumi potuit. ¶ Qō ergo dī bibebāt aūt de ꝓsequnti: eos petra: petra aūt erat xp̄s: intelligiť de xp̄o ꝑz se nō de sacro nec de xp̄o: qui est i hoc sacro. ¶ Tertia ꝑ est. q nullus angelus bon⁹ nec malus ēt in corpe assumpto pōt corp⁹ xp̄i māducare sacramētaliter lz posset in os ponere ⁊ masticare ⁊ traycere: qz nō est māducare cū i corpe assumpto ñ exerceāt opa vite. Sil̄r istō sacr̄z nullus angelus pōt spūal̄r māducare: qz ℔ nō est nisi illoꝝ q pñt corpal̄r māducare. Et ꝓterea bonus angelus sumēdo spēm in corpe assumpto fidē nō hz sed visionē. Māducare aūt xp̄m spūal̄r nō ꝓuenit malis angel̄ qui charitatē nō hn̄t. Bonis āt ꝓpetit illo mō quo vniunt̄ xp̄o: sicut membra capiti: quod est quantum ad rationem influentie non quantum ad conformitatem nature.

Circa 3ᵐ sunt tres ꝓclusiones. ¶ Pria. q brutū nullus sacr̄m pōt suscipe nisi istud: qz essentia alioꝝ sacramentoꝝ est actio vel passio hois: puta ablutio hois. vnctio ⁊ hz. Unde si abluerēt vel vngerēt brutū nō eēt baptismus nec sacr̄m. ¶ Scōa ꝓclusio ē. q pōt istud sacr̄z suscipere: qz ei⁹ essentia est materie cōsecratio quā brutum vere sumit qz vere māducat spēs sub qb⁹ vere est corpus xp̄i. Et dato q p hoc reddātur i habiles ad vsum hominis ꝓpter quem sunt: nihilomin⁹ ōꝓpter hoc desinit ibi esse corpus xp̄i: sicut per hoc q aqua cōgelatur nō desinit esse benedicta: sed per accidens est: sicut si homo comederet hostiā cōsecratā quā crederet simplicez: quaz si brutuz manducare nō possit miraculū ē: sicut asinus heretici māducare nō potuit: sed flexis genibus hostiam adorauit.

¶ Tertia conclusio est de hostia ꝓsecrata quā mus comedit quid faciēdum sit. ¶ Rᵒ. si mus capi potest exenterari debet: ⁊ mus quidez debet cōburi ⁊ cinis in piscinā ꝓyci, ꝑs aūt hostie si homo eam sūmere horreret debet in tabernaculo reuerenter reponi ⁊ tādiu ibi dimitti quousq naturaliter consūmatur. ¶ Ipsa aūt nequaq debet i piscinam ꝓyci sicut quidā sacerdos fecit de micha repta i calice post consecrationē. ¶ Nec etiam debet cōburi ⁊ cinis in piscinā ꝓyci: sicut fecit alius sacerdos de hostys mucidis consecratis: qz hoc est immane sacrilegiū. Et iō q̄ tūcū q modica particula inueniatur cum reuerentia debet repeni: qz in quacūq parua particula est totum corpus xp̄i. Et si quidem homo esset tanti feruoris q huiusmodi non horreret: sed eā sumeret comendandus esset dum tamen esset ieiunus: sicut beatus Hug. Cluniacensis comēdauit Hoderanū sūmentem portiunculas eucharistie q̄s leproſus cū vilissimo sputo euomuerat dicens craticulā Laurenty fuisse tolerabiliorem. Et sic dicitur: de conse. di. 2. c. Tribus. q portiones fragmentoꝝ ō reliquys cōmunionis populi debent sūmi a ministris: non in crastinum reseruari. s. si sunt ieiuni. Als debent seruari in crastinum sūmēde. Hz eucharistia integra pro infirmis reſuatur. Si aūt non sit ieiunus ꝓpter generalem prohibitionem q pransus eucharistiam non sūmat: sumere non debet cū sit vera eucharistia i minima particula: nec necessitas excuset cum reseruari possit. Nam de gutta sanguinis stillāte que recolligi non potest necessitas est lambendi. Unde tunc etiam pransо lambere liceret forte ſm illud capitulū: de consec. di. 2. Si per negligentiam. ¶ Ad argumentum in oppositum dicendū q non est simile: sicut visum est. Qō. II

Secundo queritur vtruz peccatori liceat sūmere corpus xp̄i. Et videť q non: qz minus est videre vel tāgere q̄ sūmere: sed peccatori nō licet videre qz bethsamite vidētes archā dn̄i sunt pcuſſi. i. Reg. 6. non licet etiam tangere qz Oza tangens archā dn̄i pcussus est. 2. Reg. 6. g nec sumere licet. ¶ Contra qz oēs peccauerunt: ⁊ peccatores cōstituti sunt: qz oās declinauerunt ⁊ nō est g faciat bonum nō est vsq ad vnū: g nullus deberet cōicare: ergo ꝛc̄. ¶ Rᵒ. circa id qō queriť videda sunt tria. Primo id quod queritur. 2ᵒ ostendetur grauitas peccati indigne siue cū peccato mortali sūmēti. 3ᵒ pp argumētū factū videbiť vtrū peccatori liceat corpus xp̄i videre vel tangere.

Quantū ad primū ē sciendū q peccator sumens hoc sacramentū aut est sibi conscius ō peccato mortali aut nō: si sic peccat mortaliter sumendo nō contritus ⁊ nō cōfessus si haberet copiā sacerdotis. Rō est: qz irreuerentia ⁊ abusus tanti sacramenti nō pōt eē sine peccato mortali: lz in accipiēte cū cōsciētia mortalis ē irreuerētia ⁊ abusus tanti sacramenti: g talis abusus ⁊ accessus nō est sine mortali. Minor ꝑbať dupl̄r. ꝑᵒ ex modo sumendi ℔ sacr̄z sic. Sic̄ vsus cibi corpal̄ nō ꝓpetit nisi viuēti corpal̄r sic nec vsus cibi spūalis nisi viuēti spūal̄r: peccator aūt est mortuus spiritual̄r: g abutitur si sumat. ¶ Scōo pz idem ex re sacri: q̄ ē duplex. vna ꝓpria ⁊ signata: que ē xp̄s. Alia signata: lz ñ ꝓpria q̄ ē corp⁹ mysticū ei⁹ qō ē societas scōz sibi ⁊ x̄o capiti p charitatē cohērētiū. Ex ℔ āt arguiť sic. Qui cūq ad ℔ sacr̄z accedit ꝑpedit se anelare ad vnionē cū xp̄o ⁊ mēbris ei⁹: lz existēs i ꝓscia mōtal̄ ad ℔ ñ tēdit lz magl̄ recedit: g pctōr accedēs cū ꝓscia mortal̄ re⁹ē fictōis: cū vnū ītēdat ⁊ aliū ꝑtēdat: fictio āt respectu sacri. ⁊ maxie tal̄ est pctm̄ mortl̄e: g ꝛc̄. Si āt pctōr nō sit ꝓsci⁹ ō pctō mortl̄i ℔ pōt eē dupl̄r. vno⁹ qz nescit se ℔ cōmisisse pctm̄. 2ᵒ qz scit se cōmisisse lz reputat sibi fuisse dimissuz: qz credit se ꝓtritū eē. Primᵐ pt ꝓtigē dupl̄r. vno⁹ qz nō recolit ō fctō. alio⁹ qz recolit lz nō credit illō eē pctm̄ qō tn̄ ꝑz vītatē pctm̄ ē. Si nō recolit ō fcō: aut discussit ꝓscia⁹ aut nō. Si discussit: ⁊ tn̄ nō recolit nō peccat accedēdo ad sacr̄z: imo forte veniā obliti cōsequť ex vi sacr̄ti. Un̄ Aug. diť i quodā ſmōe q corpus

domini duz manducaf vinificat mortuos. Si vero non discussit diligenter: z ob hoc non devenit in notitiã peccati cõmissi peccat mortaliter. Ratio horũ duoꝝ ẽ: qz voluntaria omissio circũstãtie que ad factũ requiritf nõ excusat sed aggrauat: sed discussio ꝺscientie ẽ cõdicio que requiritf in suscipiẽte hoc sacramẽtũ iuxta illud. z. Cor. ii. Probet se ip̃m homo ꝛc. ergo talis omissio nullũ excusat sz aggrauat: ergo si propter idiscussionẽ ꝺsciẽtie aligs nõ recolit de peccato nõ excusatur gn accedat ad sacr̃m vt peccator. Nam z iustus accedens ad hoc sacr̃m sine discussione forte peccat: nisi q̃ in ipso iusto qui cõsueuit passiz scrutari ꝺsciẽtiã suã sufficit breuis z quasi trãsitoria discussio: q̃ nõ sufficeret in alio. per eandẽ rõnem diligẽs discussio excusat istuz qui nõ recolit ỏ peccato cõmisso: ex quo feẽ quod i se fuit. Si aũt recolit licet de facto nõ credat illud esse peccatum nõ excusatur quin peccet accedendo: quoniã ignorãtia q̃ nõ excusat faciẽtẽ a peccato dum facit nõ excusat eũ a peccato dum sacr̃m recipit: sz talis est huiꝫ ignorãtia. Nõ. n. excusat faciẽtez a peccato ex quo ponim⁹ eũ in peccato: lz ignoret. Nec enĩ ignorãtia vel est iuris vel particularis circunstantie quã talis tenebatur scire: alioquin nõ peccassz: ergo non excusatur quin accedat vt peccator z p̃ ꝺsequẽs peccat. Qui ãt scit se cõmisisse peccatũ credit tamẽ sibi eẽ dimissum qui credit se esse contritũ z scit se eẽ ꝺfessum nõ peccat si sacr̃m sumat: qz vbi nõ põt haberi certitudo plena sufficit ꝓbabilis cõiectura. s. q̃ homo doleat de p̃terito: z caueat p̃ propositũ de futuris. Sed si hõ nõ habeat nisi venialia nũq̃ impeditur. Unde de ꝺsecra. di. z. Si non tãta sint peccata: vt p̃ eis quis excõicef. i. mortalia nõ debet se a medicina corꝓris z sanguinis domini separe. i. non tenetur. Si aũt homo est cõtritus z nõ ꝺfessus de pctõ mortali nõ debet cõicare quousq̃z confessus fuerit: nisi necessitas vrgeat: vel qz est dies pasce qua tenef celebrare parochianis vel cõicare: nec habet qui eũ possit absoluere: vel parochianus habet casuz ep̃alẽ a quo curatus non põt absoluere. Tũc enim potest cõicare cũ spe postea confitendi. Si aũt dubitat vtrũ sit i mortali aut credit se esse in eo: z tunc aut hoc est ex ꝺscientia scrupulosa z temeraria: aut ex ꝓbabili cõiectura. Si p̃mo modo: debet ꝺsciẽtiaz deponere: sz quousq̃z ꝺsciẽtiam deposuerit cõicare nõ debet: qz cõ sciẽtia erronea ligat z obligat. Si scõo mõ debet ꝺteri z cõfiteri: alr periclõ se exponit. Si vero credit se non habere mortale si fecit quod debuit non peccat: sz sibi dimittitur: vt dictũ est. Si nõ fecit qõ debuit peccat: sz min⁹ q̃ sciẽs.

p³ ? **Quantum** ad z^m sunt tres ꝺclusiones. ¶ Prima. q̃ cõicare cũ ꝺsciẽtia peccati mortalis: videtur mediũ inter peccata que committuntur in deuz: z q̃ cõmittuntur in proximũ sicut homo assumptus est medi⁹ inter deũ z hominẽ. Et ideo q̃tũ ẽ ex parte ꝺbiecti videf grauius q̃ oẽ peccatũ i proximũ cõmissum: q̃uis ex genere operis z ex cõtemptu faciẽtis possit illud esse grauius: quẽadmodũ homicidiũ est grauius q̃ violatio sabbati q̃ ẽ cõtra deũ. ¶ Ulterius videf q̃ licet dicaf reus sanguinis z corꝓris dñi: q̃ nõ ita grauiter peccet: sicut crucifixores: quãtũ ad hoc q̃ illa ꝺtumelia fuit tũc facta xp̃o in ꝓpria forma. hec aũt in alia effigie. Sed quãtũ ad ignorãtiã quã illi habebãt ỏ xp̃o: xp̃ianus ãt credit xp̃z hic eẽ z nihilominus indigne sũmit: ideo plus peccat q̃tũ ad hoc. ¶ Scõa cõclusio est. Qz licet infidelis indignior sumat hoc sacrz q̃ fidelis peccator: qz infidelitas est grauius peccatũ: tamen fidelis peccator indignius sũmit. Et ideo graui⁹ peccat q̃

z^a ? 3^a ? infidelis sumẽs ifideliter. ¶ Tertia ꝺclusio est. Qz peccata spũalia q̃tũ ad genus peccati plus reddũt hoiem indignũ ad huius sacri ꝓceptione q̃ carnalia: qz carnalia sunt maiozis infamie z minozis culpe ꝛm Grego. sz ratione scãdali z distractionis z ratione certitudinis plus impediunt: qz plus homo scit in istis quid mortale z quid veniale q̃ i alys. Et iterũ plus scãdalizãt: z plus hominẽ distrahũt.

p⁴ ? **Quãtum** ad z^m sunt ẽt tres ꝺclusiones. Pria q̃ peꝯ catozi licet videre hoc sacr̃m: ex quo non est excõicatus nec suspensus nec interdictus. Illis aũt nõ licet sancta intueri. Unde tẽpoze interdicti qui pfozant fores ecclesie ad vidẽdum corpus xp̃i male faciunt: non tñ vt puto mortaliter delinquũt: qz sola visio nõ est participatio. Sed nõ habenti vinculũ ecclesie sz solũ culpe cum habeat fidem z baptismũ licet videre: sed non sumere: qz nõ habet charitatẽ que incorꝓrat. ¶ Secunda conclusio ẽ. z^a ? Qz non licet peccatozi hoc sacramẽtũ tangere nisi in necessitate: vt si inueniret in luto nec eẽt alius qui vellet eleuare. ¶ Si aũt bethsamite pcussi sunt: hoc est: qz ꝓhibitum erat: omnibus ẽt leuitis archaz nudam videre. Qz autem Oza percussus est fuit qz terrozis lex erat. ¶ Tercia con- 3^a ? clusio ẽ. Qz si peccator ex deuotione qz se indignum reputat nõ vult xp̃m videre dicit Tho. q̃ bene facit: tamẽ melius est ex deuotione aspicere q̃ ex deuotione oculos auertere:: cum aspectus serpẽtis Enei liberaret a morsu serpentis igniti. ¶ Sed ꝓpter id quod dictum est i secũda cõclusione dicit Innoc. de pe. z re. c. Qz in te. q̃ sacerdos peccatoz in necessitate cõicans morientem excusatur a peccato. ¶ Argumentum in oppositũ solutũ ẽ. Qõ. III.

Tertio queritur vtz polluto liceat sũmere corꝓ⁹ xp̃i. Et videf q̃ sic: qz plus est pollutio maritalis naturalis vel carnalis q̃ somnialis: sed nulla illarum impedit vt videf: ergo ꝛc. ¶ Cõtra: qz nõ licz immundis tãgere sancta: sz iste est imũdus ꝛm legẽ qui somno nocturno est pollutus. sicut z ip̃m nomẽ sonat: ergo ꝛc. ¶ R⁰. tria sunt hic videnda. Primũ de nocturna pollutiõe. z^m de maritali. 3^m de immunditia corꝓrali.

p³ ? **Quantum** ad p̃mũ sunt tres ꝺclusiões. ¶ Prima q̃ quomodo nocturna pollutio sit pctñ. Ubi sciẽdũ ẽ q̃ pollutio incboata z terminata in somnis nunq̃ est peccatũ: licet quandoq̃z sit signũ z effectus peccati: qz tunc non est pfectus vsus rõnis. Unde ille clericus cuius virtus gressiua dormiẽtis soluta est: z iuit ad domuz inimici z occidit eũ z rediẽs semp dormiuit vsq̃ mãe. Audito clamoze z cõscius odij p̃cedẽtis z cõsuetudinis antiq̃ inuenit ensez sanguinolentũ: z statiz fugit ad ecclesiaz: non est homicida ipo facto: licet forte sit irregularis: sicut ebri⁹ homicida: maxie qz fuit in cã rixa p̃cedẽs. Alias secus eẽt: vt in furioso forte. Silr si terminet i vigilia: qz nec q̃diu durat bz hõ iudiciũ rõis: imo min⁹ q̃ i passione somni. Delectatio. n. ꝺcupiscẽtie corrupit extimationẽ prudẽtie. Sz si placeat postea pp delectationẽ ẽ pctñ veniale. Nõ aũt videf mortale ẽt cũ delibatione: qz cõsensus i delectationez licitã nõ est pctñ. Si. n. marit⁹ cõcupiscat cognoscere vxorẽ pp delectationẽ vel cõplaceat sibi in delectatione preterita erit qdẽ pctñ veniale sz nõ mortale sicut z ipse actus. Et silr si qs appetat delectationẽ pollutiõis nocturne vel cõplaceat sibi i ea: ita tñ q̃ scit eã nõ eẽ pctñ z vellz delectari sine pctõ nullo⁹ ꝺplacitur⁹ sibi i ea: nec appetitus eã si eẽt pctñ: vr̃ q̃ nõ sit pctñ mortale: sed tñ peccat venialiter q̃uis pollutio i se nõ sit pctñ vẽiale: qz ipe nũc bz iudiciũ rõnis: q̃ nihil iordinatũ ẽ appetẽdũ. Sz si vellz q̃ ex sua cogitatiõe p̃cedẽte seq̃reꝯ illa pollutio: tc̃ ipe consentiret i pctñ ꝺ näz: qz eẽt sibi volũtarie cã pollutiõis. Et qz p̃cedẽs ꝺsensus põt eẽ cã nõ aũt seq̃ns: iõ q̃ delibate appetit i vigilia pollui i somno ex bꝫ ipo peccat: q̃uis nõ faceret bꝫ: nec obdormiret in tali consensu si sciret ex hoc seq pollutionẽ: qz. s. periclõ se expõit. ¶ Et dõz ẽ veri⁹ q̃ ꝺsensus delibatiu⁹ i delectatiõem pollutiõis nocturne p̃terite

vel future propter se est peccatū mortale: qz qñ causa: que excusat pollutionem a peccato: ocurrit in consensu excusatur cōsensus a peccato sicut pollutio. Quādo aūt nō: tunc pollutio nō est peccatū: cōsensus tñ in ea ē peccatū: qz vbi eadē ratio ibi idē ius: vbi vero diuersa diuersum: qz manēte causa manet effectus. ⁊ cessante cessat. Uñ sicut furiosus occidēdo hoīem nō peccat: sic nec cōsentiēdo ī mortez preteritam vel futurā peccat: qz defectus iudicy rōnis: qui excusabat actū cōcurrit ad ꝯsensuz. Unde pariter excusat Si aūt in lucido interuallo ꝯsentiat deliberate occidere hominē i furia sequēte vel cōplaceat sibi ī homicidio preterito peccat mortaliter. Sed maritus ꝯsentiēs in pollutionem cum vxore preteritā vel futurā pp delectationē non peccat mortaliter: cuius deliberate cōsentiat: dum tñ non excedat limites matrimony: sicut nec cognoscēdo ꝓpter delectationem: qz eadē rō est vtrobiqz: in excusando. s. bonum matrimony: nō defectus iudicy rationis. Si enim in actu cōiugali posset habere actu iudiciū rōnis ⁊ consentiret nō propter hoc peccaret nisi forte venialiter: qz limitē matrimony nō excedit cōsensus sicut nec actus. Sed pollutionem nocturnam excusat a peccato nō aliquod bonū extrinsecū: qz inde proles sequi nō potest quod est bonum speciei: nec etiam bonum indiuidui. s. alleuiatio nature: qz nō licet ꝓpter hanc causam eā sibi extorqre: sicut nec propter prolē licet fornicari: sed solū defectus liberi arbitry: ⁊ iudicy rationis ꝑm oēs doctores. Sed supponitur qz cōsensus pcedēs. vel sequēs hz iudiciū rōnis ꝯcomitās: g̃ cāque excusabat actū nō excusat cōsensum: ergo ꝯsensus est peccatum nō aūt actus: magis aūt precedēs qui potest eē causa cū sequēs qui non. ¶ Nec obstat de soluto qui appetit delectationē ꝓpter se cū vxore futura: qz ⁊ huic consensui ꝯiungitur bonū fidei quod excusabit actum futurū consensui aūt ī pollutionē somni nō ꝯiungitur defectus iudicy qui excusabat pollutionē. ¶ De illo aūt qui appetit pollutionē ꝓpter exonerationē nature: dixerūt alig qz nō peccat nisi suus cōsensus sit causa eius. Sicut enim ꝯsensus sequēs ꝓpter exonerationē nō est peccatū sic nec precedēs. Sed hoc habet precedēs vltra sequentē: quia pōt esse causa ⁊ tūc est peccatum: sicut aliquis appetēs mortē inimici ꝓpter bonū finem: nō peccat nisi suus ꝯsensus sit causa: vt puta qz expressit volūtatē suā cozā hys qui aīati sunt ad occidēdum. Cui eni nō licet occidere propter quē cūqz finem ei nō licet cōsentire in necem. ꝓpter quēcunqz finē: ita qz suus ꝯsensus sit causa mortis: nisi ꝯsensus habeat excusationem quam nō haberet factum. Unde si priuatus cōsulat iudici mortem latronis: ⁊ ob hoc latro suspendatur quem priuatus nō posset suspendere nō peccat consulendo qui tamen peccaret suspendēdo: quia ꝯsilium habet nō solū finē: sed modum debitum: suspendēdo aūt nō. Alij aūt cōcordāt qz pollutio in se nūqz est peccatuz siue terminetur in vigilia siue ī somno: sed ꝯsensus in eam futuram ꝑm eos semper est peccatum vel mortale: si ꝓpter voluptatē deliberate cōsenserit vl' veniale si subito propter illam: vel etiam si deliberate ꝓpter bonū. Sed ꝯsensus in preteritam ꝓpter exonerationem nature vel aliam bonā causam nō est peccatum: ꝓpter voluptatem aūt semper ē peccatum vel veniale si subitus vl' mortale si deliberat⁹.

z^a ♀ ¶ Scda ꝯclusio est. qz impedit sumptionē huius sacramēti: ⁊ ratiōe delicti: si ex delicto ꝓcedit: ⁊ ratione ūnundicie que semp est si citra mediam noctem accidit: vel forte si citra. 24. horas ꝑm Thomā impedit etiā ratiōe distractōis mentis si est. Et si quidem est cū peccato mortali impedit quouscqz sit cōtrit⁹ ⁊ ꝯfessus: sicut dictum est in questione proxima pcedēte. Nec etiam eodem die peccati mortalis est cōicandum: cuius cōtritus ⁊ cōfessus. Si tamē faceret credo qz nō mortaliter peccaret. Silr īmūdicia ⁊ distractio impediūt: nisi deuotio recōpenset: aut scādalum īmineat. Si tamen cum his celebret aut cōicet exquo mortale nō adest mortaliter nō peccat. ¶ Tertia ꝯclusio est. qz si homo ꝓbabiliter credat qz ex illusiōe demonis sibi cōtingit: nō ꝓpter hoc debet dimittere celebrationē nec cōionem: vtpote si cōtra eā specialiter ⁊ ex ꝓposito se ratiōe munierit: nec ꝑ ea aliquid fecerit nō debet abstinere tunc: qz tūc faceret volūtatē demōis. Et quod dictū ē i primo mēbro: qz propter cōplacētiaz sequentē est pctm: verū ē si cōplaceat pp delectationē. Sz si pp nature exoneratiōez: aut pp hoc ne die prima magis deuota ei contingat. ⁊ a celebratiōe impediatur ⁊ deuotionem perdat: tūc nō est peccatū. 3^a ♀

Circa z^m sunt tres cōclusiones. ¶ Prima, qz illud qō dicitur de cōsecra. di. z. c. Dis homo qui debet cōicare ab vxore tribus vel quatuor aut quīqz diebus abstineat ē ꝯsiliū: nō preceptū: vt ibi dicit glo. Nisi qz diebus ieiuniorū ⁊ orationū nō debet homo petere debitū: ⁊ maxime septimana scā: quādo īminet cōmunio. ¶ Scda cōclusio est. qz sicut dicit Greg. 33. q. 4. vir cū propria vxore q cognouit vxorez reddēdo debituz vel causa ꝓlis de cōicādo est suo iudicio relinquēdus: quia nullum peccatum ē. Si aūt causa delectatiōis petyt debet abstinere: quia lz solum veniale aut sola pollutio non impediat: vtrūqz tamē simul impedit. Unde ⁊ sacerdotes in hebdomoda sua qñ ministrabāt ab vxoribus abstinebant. Nec licebat comedere panes sanctos nisi mūdis a mulieribus: ⁊ multo minus sancta sanctoꝝ: cū tamē non esset peccatum mortale: sicut nec illud est mortale. ¶ Tertia cōclusio est. an die cōmunionis liceat petere debitum causa prolis: qz causa voluptatis nunqz. Uideī qz nō propter reuerētiā: tamen nō est forte mortale. Reddere aūt omni tempore petenti est licitum: immo debitum. z^a ♀ 3^a ♀

Circa 3^m sunt tres ꝯclusiones. ¶ Prima qz si īmundicia corpozalis sit perpetua vl' diuturna vt lepra vel fluxus seminis vel sanguīnis mēstrui continuus nō impedit: nec ex hoc abstinere debet: nec prohibeī: qz afflictio nō est addēda afflicto. ¶ Scda ꝯclusio ē. qz si illa īmundicia est ad tempus modicū: vt est mēstruū mulieris naturale vel aliqd hꝺ melius est abstinere ꝓpter reuerētiā. Si tñ velit nō debet prohiberi ne pena vertatur ī culpā. Unde ⁊ puerpa pōt si vult añ purgationē cōicare: de purificatiōe post partū. c. i. ¶ Tertia ♀ est de leproso sacerdote. De q̄ ē dicēdū qz si vl' ī occulto celebrare nō ē phibēdus: dum tñ possit sine periculo: nō tamen in publico ꝓpter scandalū. ¶ Ex bis patet solutio ad oppositum. p^a ♀ z^a ♀ 3^a ♀

Qō. IIII

Quarto queriē vtrū peccatozi sit negāda cōmunio. Et videī qz non: qz nō negaī furioso nec frenetico: qui carēt vsu: rōnis: g̃ multo minꝰ peccatozi g ñ carz. ¶ Contra. qz negaī puulo inocēti: g̃ multo magis isti. ¶ 8°. circa istā questionē videnda sunt tria. Primo de peccatoribus vtruz sit eis cōio denegāda. 2° de amētib⁹. 3° de ipuberibus.

Quantū ad ꝑmū sunt vndecī ꝯclusiōes ꝑm multas diuisiōes. ¶ Prima. qz aut sacerdos habet certitudinē aut suspitionē. Si habz certitudinē aut ē sacerdos: g nō teneī ei mīstrare sacrā: puta qz nō ē curat⁹ ei⁹: vl' nō teneī ꝓ tūc. qz nō ē dies paschatis nec ē īfirm⁹. ⁊ tē dz ei denegare: qz dz a pctō mortali primū ipedire qñ pt: pōt ām hic: qz ēt nō pctōz nō teneī dare. Uñ si nesciat ēt nisi ꝑ cōfessionē pōt negare: qz nō ex ꝯfessiōe ius illō acqrit: qz alꝰ hz ius negādi: eo ipo qz aliꝰ ñ hz ius petēdi ab eo. Et sic dī de tpe ordi. c. Ad aures. qz religiosis ꝺ volūtatē abbatū petentib⁹ ordines debēt negari: qz nō hūt ius petēdi. Et verisimile ē qz sunt indigni qñ qui nouit eozum cōsciētias non vlt eos promoueri. ¶ Scda ♀ ē. qz si sacerdos g inocenti p^a ♀ z^a ♀

tenetur dare: sicut curatus vel vicarius eius in paschate scit crimen eius eē notorium ⁊ manifestū: tūc dz negare: in publico ⁊ priuato quādo est mortale. Si aūt est occultus tūc debet negare in occulto nō in publico: qz esset proditor criminis aut reuelator. Quod ꝓbatur de officio ordinary .c. z. vbi dicitur. q̄ sacerdos qui nouit crimen occultum parochiani debet eū arguere in priuato nō in publico nominatim. Si aūt requiratur ab illo qui passus est dānū debz excōicare in generali nō nominatim: sicut xps dixit in generali vnus ex vobis me tradet. Et similiter illi debet negare eucharistiā in occulto nō in publico: sicut ⁊ xps dedit eā iude corā alys. Et ad idem est de tēpore ordi.c. Ex tenore: vbi illos qui habēt ius petēdi ordines rōne beneficy: non
3ª ♀ debet ꝑlatus repellere pretextu peccati occulti. ¶ Tertia cōclusio est. q̄ hoc est verū de peccato occulto aliter notoq̄ per cōfessionē: qz si p cōfessionē solū nouit peccatum in penitēte debet quidem eū monere in occulto vt desistat. Sed si instet ⁊ petat vt sibi debitū: nō debet ei negare: qz scit vt deus nō vt homo: vt dicit in decre. ō offi. ordi. c. z. Negat aūt vt homo in foro contentioso: nec ex confessione acquiritur sibi ius negādi quod prius non habebat. Et quāuis repellendo in occulto nullo alio vidente nō reuelaret cōfessionē: tamē ex ꝓfessione: extra iudiciū ꝓfessionis nulla exceptio sibi datur plusq̄ si nesciret: qz nescit vt de⁹. Si aūt peteret ab illo qui nō teneť vel quādo nō tenetur cum possit negare etiā sine pecato multo magis peccatori non quidē obiciēdo sibi peccatum cōfessum: ſz dicendo se non teneri: ⁊ in hoc bene facit negādo gladiuz furioso. Ex bis manifestum est q̄ publice meretrices ⁊ publici vsurary sunt oīo ab altari arcēdi nisi penitētiā egerint: ita q̄ p⁹ pniam priuatam possunt admitti ad eucharistiaz secreto: nō aūt in publico nisi post publicā penitētiā pp scandalū. Nā manifesta delicta nō sunt occulte corrigenda: ſz debēt edificari de penitētia qui fuerūt scādalizati de culpa. Unde vl' sacerdos debet iniūgere penitētiaz publicā vl' debz publicare q̄ ipe est vere penitēs. Ar. extra: ō pe. ⁊ remiſ. c⁰.
4ª ♀ i. De vsuris. c. Qz ī omnib⁹. ¶ Quarta cōclusio est. q̄ bystrionibus negāda est communio vt videť ſm q̄ dicitur de cōsecra. di. z. c. Pro dilectione. Sed ibi loquitur de bystriōe mago cuius ars ē mortalis. Sed vbi ars bystrionuz sine mortali exercetur nō videtur eis propter venialia cō
5ª ♀ munia denegāda. ¶ Quinta cōclusio: est. q̄ nō est danda hostia simplex pro hostia cōsecrata: qz esset ydolatria: cum iste cibus sit a sumētibus adorādus: iuxta illud. Manducauerūt ⁊ adorauerūt ⁊c̄. Unde extra de celebra. miſ. c. de homine. dicitur de sacerdote qui suppressis verbis quibus conficitur corp⁹ xp̄i ꝓpter remorsuz cōsciētie reliqua miſſe se agere simulabat. q̄ grauius peccat qz populū decipit. Et abycienda sunt falsa remedia que sunt veris periculis
6ª ♀ grauiora. ¶ Sexta cōclusio est: q̄ si queratur vtrū eucharistia sit propter suspitionem denegāda: videtur distinguēdum: qz si leuis est deponi debet: si probabilis nec etiā propter hoc debet negari: si violēta: negari debet: vbi ꝓpter certitudinem negaretur. Qz aūt si est suspicio ꝓbabilis nō debeat negari probatur: quia nec maritus propter huiusmodi suspitionē debet negari debitū: vt dicitur de senten.
7ª ♀ excōi. Inquisitioni. ¶ Septima cōclusio est. q̄ nō est propter suspicionē probādam danda eucharistia: vt dicitur. z.
8ª ♀ q. 5. Sepe contingit. ¶ Octaua cōclusio est. q̄ pugnātibus in duello nō est dāda vt dicit glo. z. q. 4. Monomachiam:
9ª ♀ ¶ Nona cōclusio ē. Qz illō quod dictum est de peccatore intelligendum est de non penitente: quia si peniteret ⁊ cōfiteretur etiam suspendēdo non negatur: sicut de hereticis. c. Super eo lib. 6. vbi penitentia ⁊ eucharistia non negantur relapso cū paratus est incendio. Et di. 86. c. Tanta. etiam excōicato ⁊ cuicūq̄ in morte nō negatur penitētia: nec per consequēs viaticū quod in penitētia iclusum intelligitur: vt dicitur de peni. ⁊ remiſ. c. Qz in te. ¶ Decima cō
10ª ♀ clusio est. Qz si est contritus ⁊ cōfessus: sed sacerdos nō pōt absoluere nō propter hoc debet ei eucharistiam negare in paschate: nisi esset vinculum sentētie excōicatiōis: qz sicut sacerdos contritus quādo nō habet cui cōfiteatur ꝓpter necessitatem potest celebrare: sic iste cōmunicare. ¶ Un-
11ª ♀ decima conclusio est. Qz quādo sacerdos ibibet venire ad cōmunionē nisi sibi aut vicario confessos: ⁊ excōicat cōtra faciētes quātū ad confessos predicatoribus ⁊ minoribus sentētia talis est nulla: tum qz est error intollerabilis ⁊ expressus: qz cōfessis fratribus nō debēt ipsi negare: tū quia sentētia lata est cōtra cōstitutionez. c. Inter cūctas: ⁊ ibidē denunciatur irrita. licet nūc videatur illa irritatio in vienensi concilio reuocata.

Circa 2ᵐ sunt q̄tuor conclusiones. ¶ Prima q̄ si sunt
p⁰ ♀ perpetuo furiosi: ita q̄ nec actuales nec habitua lem habuerit vnquam deuotionem: circa sacrm non sunt cōcādi: ſz sint baptizati ⁊ confirmati: qz hoc sacrm requirit deuotionem dicēte apostolo. Probet autez se ipm homo.
2ª ♀ ¶ Secūda conclusio est. q̄ si habēt lucida interualla: ⁊ tūc habuerūt deuotionē ad sacrm ⁊ petiuerūt debēt cōcari: sicut dicitur. z6. q. 6. Si quis in ifirmitate penitētiam petierit: ⁊ post in frenesim lapsus ⁊c̄. eucharistia ozi ci⁹ infunda tur: supple si sine expuitiōe vel vomitu vel irreuerētia fieri potest: alr nō. ¶ Tertia cōclusio est. Qz si in sanitate nō
3ª ♀ petut dari nō debet: sicut nec baptismus. nisi ex bona ꝓuersatiōe preterita verisimile sit q̄ si ꝓuidisset istum casuz q̄ eā petiuisſz. Tūc enī habet deuotionē habitualē interpretatiuā que sufficit. ¶ Quarta conclusio ē. q̄ demoniacis dz
4ª ♀ dari cōmunio ſm Thomā. Nisi ꝓstet eos p crimie tozāri quo casu. pro excōicatis sunt habēdi: qui sunt traditi satha ne. Et sic posset intelligi quod dicit Dio. de energuminis.

Circa 3ᵐ sunt due conclusiones. ¶ Prima q̄ impuberes
p⁰ ♀ qui carēt penit⁹ discretiōe vt ante septēniū: qz infantiū etas qō videt ignorat vt dicit. C. de fal. mo. l. vnica. non sunt cōcādi: q̄uis greci ꝓium faciant. qz dr̄. i. Loz. ii. paccare: non dyuidicans corpus dñi. Ex qno non videť debere dari nisi dyudicanti actu vel habitu: quod nō ē in illo qui nō habz nec unq̄ habuit iudiciuz rōnis. ¶ Scōa
2ª ♀ cōclusio ē q̄ si habēt aliquā deuotionem: vt circa .9. vel io. annū: qz innocentia recompensat ignorantiam possunt cōcari. ¶ Per hoc patet solutio ad oppositum.

¶ De hereſi aliorum qui dicūt corpus xp̄i nō eē in altari nisi in signo. Di. X. a

SUnt item alij p̄cedētiū insaniaz trā scendētes qui dei virtutē iuxta modum naturaliū rez metiētes audaci⁹ ac piculosius veritati ꝺdicunt. asserētes ī altari nō eē corp⁹ xp̄i vl' sanguinē: nec subaz panis vel vini in subaz carnis ⁊ sanguinis ꝓuerti: ꝯ ita xp̄m dixisse. Hoc ē corp⁹ meū: sicut apl's dicit: petra aūt erat xps. Dicūt. n. ibi eē corp⁹ xp̄i tm̄ i sacrō. i. ī signo: ⁊ tm̄ ī signo māducari a nob: q errādi occasionē sumūt a verbo veritatis. Uñ p̄ria hereſis fcā ē i discipul' xp̄i. Cū. n. diceret. Nisi qs māducauerit carnē meā: ⁊ biberit sanguinē meū nō habebit vitam eternā. Illi nō intelligentes dixerūt: durus est hic sermo: quis pōt eū audire: ⁊ abierunt retro. Illis discedentibus instruxit duo-

decim qui remanserant. Spūs est iquit qui vi uificat caro nihil prodest. verba que locut⁹ sūz vobis spūs ⁊ vita sūt. Intellexisti spiritualiter spūs ⁊ vita sunt. Intellexisti carnaliter: etiam sic spiritus ⁊ vita sunt: ꝫ tibi non sunt. Spūaliter intellige que locutus sum. Non hoc corp⁹ quod videtis manducaturi estis ⁊ bibituri illū sangui nē quem fusuri sunt: qui me crucifigent. Sacramentū aliquod vobis cōmendaui: spiritualiter intellectuz vivificabit vos: caro autem non prodest quicqz. Sunt etiā ⁊ alia illoz insanie fomitez ministrātia. Ait enim Aug. Donec seculum finiatur sursum est dominus: ꝫ tamē etiam hic nobiscū est veritas domini. Corpus enim in quo resurrexit in vno loco eē oportet: veritas autem eius vbiqz diffusa est. Item vna psona deus ⁊ homo: vbiqz per id quod ē de⁹. in celo per id quod homo est. Christus etiam dicit. Paupperes semper habebitis vobiscum: me autē nō semper habebitis. His alijsqz vtuntur prefati heretici in assertione sui erroris.

¶ Determinatio premissorum. b

q Ue ex eadem ratione omnia accipiēda sunt: non enim his negatur veruz corp⁹ xpi a fidelibus sumi vel i altari eē: ꝫ his veritas apostolos ⁊ in eis nos instruxit. Nō ipsius corpus nō in partes direptuz vt putauerunt illi discipuli qui retroierunt: sed integz nec visibiliter i forma humana: ꝫ invisibiliter, sub forma panis ⁊ vini corpus ⁊ sanguinē nobis traderet. Quem sensum Aug. confirmat dicens. Ipsum quidem ⁊ nō ipsuz corpus quod videbatur māducatur ipm invisibiliter: nō ipsuz visibiliter. Item. Etsi necesse est illud visibiliter celebrari necesse est tamen invisibiliter itelligi. Ita etiā intelligendū est corpus xpi esse in vno loco. s. visibiliter in forma humana: veritas tamen eius. i. divinitas vbiqz est. veritas etiā ei⁹: idest verum corpus in omni altari est vbicūqz celebratur. Sic etiam illud intelligenduz ē: pauperes semp habetis vobiscum: me autē nō semper habebitis ꝑm corporalem presentiā. s. qua cum eis conuersabatur. Similiter per id quod homo est in celo est visibiliter: invisibiliter autē est in altari: qz non in forma humana apparet: sed forma panis ⁊ vini operitur. Unde ⁊ invisibilis caro eius dicitur que vere est i altari. Sz qz in specie sua non apparet: invisibilis dicitur. Ait. n. Augu. Hoc ē quod dicimus: quod modis omnibus approbare cōtendimus sacrificiū ecclesie duobus confici. duobus constare: visibili elemētoruz specie: ⁊ invisibili dñi nostri Jesu xpi carne ⁊ sanguine: sacramento ⁊ re sacramenti. i. corpore xpi: sicut xpi psona cōstat ⁊ cōficitur ex deo ⁊ hoīe. Cum xps sit verus deus ⁊ homo: qz omnis res illarū rez naturā ⁊ veritatem in se continet ex quibus conficitur. Conficitur aūt sacrificiū eccle duobus: sacramēto ⁊ re sacramēti. i. corpore xpi. Est ergo sacramentum ⁊ res sacramēti idē corpus xpi. Ecce invisibilē dixit carnē xpi: quia forma panis operta sumitur ⁊ tractatur. Idemqz corpus christi dixit esse sacramētum ⁊ rem: ex quo cōfirmatur: quod supra diximus. Deinde addit quod magis mouet lectorem. Caro inquit eius est: quaz sub forma panis opertam in sacramēto accipimus: ⁊ sanguis eius quē sub vini specie ac sapore potam⁹: caro vz carnis ⁊ sanguis sacrz ē sanguis: carne ⁊ sanguie vtroqz invisibili: intelligibili ⁊ spūali significatur corpus xpi visibile: ⁊ palpabile: plenum gratia ⁊ divina maiestate.

¶ Que sit intelligentia premissorum. c

Tendite his diligēter: quia tropo quo a damvtitur hic Augu. Quo solent res significantes rerum sortiri vocabla quas significant. Hic. n. visibilis species panis vocatur nomine carnis: ⁊ visibilis species vini noīe sanguinis. Invisibilis vero ⁊ intelligibilis dicitur caro xpi: qz ꝑm illā speciē non videtur caro: sed intelligitur: ita ⁊ sanguis. Caro ergo invisibilis dicitur esse sacramentum carnis visibilis: quia species panis ꝑm quam illa nō videtur caro: est sacramentuz carnis visibilis: quia carne invisibili. idest specie ꝑm quam caro xpi non videtur caro: significatur corp⁹ xpi quod est visibile ⁊ palpabile vbi in sua forma apparet. Ita ⁊ de sanguine accipi debet. Quē sensum cōfirmat Aug. Aperiens qualiter predicta intelligēda sint: quia obscure dixerat consequēter dicēs ita panem vocari corpus christi cuz vere sit sacramentum corporis christi quod in cruce positum est: sicut ipsa imolatio que fit manib⁹ sacerdotis vocatur christi passio non rei veritate: ꝫ significandi mysterio: ⁊ sicut sacramentum fidei dicitur fides. Satis responsum ē hereticis: ⁊ obiectionibus corum qui negant verum corpus xpi in altari esse ⁊ panem in corpus: vel vinum in sanguinem mystica consecratione conuerti dicentes. Quis audeat manducare dominum suum? Quis etiam audeat dicere quotti die formari corpus Christi: de materia vel substantia: que non fuit virginis caro.

¶ Auctoritatibus probat vez corp⁹ xpi eē i altari: ⁊ in id panem conuerti. d

Ec ⁊ his similia obiciunt illi in diuino
b mysterio legem nature sectantes: quorum perfidiam subdita cōuicūt testimonia. Ait enim veritas. Accipite hoc est corpus meum. Itē Ambrosius. Si tātū valuit sermo Helye vt ignem de celo deponeret: nō valebit tātū ꝑmo xpi vt substātias mutet? De toti⁹ mūdi operibus legit: qz ipse dixit ⁊ facta sunt ⁊c. Sermo igitur. i. filius qui potuit ex nihilo facere quod non erat: non potest ea q̄ sunt in id mutare quod non erāt? Non enim minus ē causare q̄z mutare nouas naturas rebus. Item si ordinem querimus: viro mixta femina generare consueuerat: liquet ergo q̄ ꝓter nature ordinem virgo generauit: ⁊ hoc quod conficim⁹ corpus ex virgine est. Quid ergo hic queris nature ordinem in xpi corpore: cum ꝓter naturam sit ipse partus ex virgine? Item ante benedictionem alia species nominatur: post consecrationem corpus significatur. Ante consecrationem aliud dicitur: post consecrationem sanguis nūcupatur. Tu dicis amen ideſt verum ē. quod sermo sonat: affectus sentiat. Itē Augu. In specie panis ⁊ vini quam videm⁹: res inuisibiles. i. carmen ⁊ sanguinem honoram⁹: nec similiter pendimus has duas species: sicut aī consecrationem pendebamus: cum fideliter fateamur ante consecrationem panē eē ⁊ vinum: quod natura formauit. Post consecrationem vero carnem xpi ⁊ sanguinem quod benedictio consecrauit. Item Ambro. Panis est in altari vsitatus ante verba sacra. vbi accessit cōsecratio: de pane fit xpi caro. Quomodo autē pōt quod panis est esse corpus xpi? Consecratione que fit sermone xpi. Itē si tanta vis ē i sermōe domini vt incipiant eē que nō erāt: quanto magis operatorius ē: vt sint que erāt: ⁊ in aliud cō mutentur. Et sic q̄ erat panis ante ꝓsecrationē: iam corp⁹ xpi ē post ꝓsecrationē: qz sermo xpi creaturā mutat: ⁊ sic ex pane fit corp⁹ xpi. ⁊ vinū cum aqua in calice missum fit sanguis consecratione verbi celestis. Item Augu⁹. Sicut ꝑ spiritum scūm vera xpi caro sine coitu creatur: ita ꝑ eundē ex suba panis ⁊ vini idē corp⁹ xpi ⁊ sanguis cōsecratur. Corpus xpi ⁊ veritas ē ⁊ figura. Veritas dū corp⁹ xpi ⁊ sanguis virtute spiritus ē panis viniq̄z substantia efficit. Figura vero est id quod exterius sentit. Itē Eusebi⁹ emisenus. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substātiā corporis ⁊ sanguinis sui verbo suo secreta potestate cōmutat. Ex his alīs q̄z pluribus constat verum corp⁹ xpi ⁊ sanguinē i altari eē: imo itegz xp̄z ibi sb̄ vtraq̄z specie: et substantiam panis in corpus: viniq̄z substantiam in sanguinem conuerti. Nō. I.

Circa decimam distinctionez querunt q̄tuor. Primo vtrū corpus xpi sit in sacro altaris real⁹ ⁊ p̄tial⁹ ⁊ essential⁹: Et videt q̄ nō: qz idē corp⁹ nō pōt esse simul in diuersis locis: ꝛz corpus xpi est in celo: ergo non ē in altari. ¶ Contra ē qō dixit xps. Hoc est corp⁹ meū: quod pro vobis tradet: sed illud fuit verū nō aūt fantasticū: vt manichei dicūt: ergo non est figurate dictū: sicut illud: ego sum vitis vera: ⁊ vos palmites: quod ex cōsequentib⁹ apparet methaphorice dictum. ¶ R⁹. circa istam questionē sic ꝓcedenduz est: qz primo est firmiter fide tenēdū corp⁹ xpi realiter p̄tialiter: ⁊ essential⁹: eē in altari. Modus aūt quo ē ibi i sequēti distinctiōe dicet. Sz qz circa modū essendi ē quedaz sbtilis opinio: iō ꝑmo recitabitur opinio illa. 2⁹ arguetur cōtra eam. 3⁹ tāgentur quedam dubia incidentia circa eas.

Quantū ad ꝑmū premittūt isti q̄ refert aliquid esse presens alteri: ⁊ aliquid esse in altero. Et vt loquamur ad ꝓpositum refert aliquid eē presens loco: ⁊ aliquid esse in loco. Esse enim in loco importat habitudinē continentie ex pte loci. Esse aūt p̄s loco nō importat habitudinē continētie ꝛz solū realiter exhibitionem p̄sentie. Unde ⁊ locus ē presens real⁹ locato: sicut ecōuerso: q̄uis locus nō contineat a locato: sed magis econuerso. Et q̄uis ꝓprie ita sit vt dictū est: tamen large loquēdō consueuit dici omne illud esse in loco qō ē presens loco. Un̄ dicimus deū eē i loco ⁊ āgelū i loco: ꝛz de⁹ ⁊ angel⁹ nō cōtineāt a loco. Scōz ꝛz q̄ possum⁹ dicē q̄ eē i loco dr̄ dupl⁹. vno mō ꝑ ꝑe rōe ꝓtinētie. Alio mō large rōe soli⁹ p̄tie ad locū. Prio mō aliqd ē i loco dupl⁹. s. quātitiue vl circūscriptiue: vt q̄ntitas ⁊ ea que ꝑ quātitatē extenduntur alio mō diffinitiue: vt ea q̄ sūt i q̄nto: ꝛz q̄ntitate nō extēdūt: sicut ponit exēplū cōiter de anima humana. Ex quo enim corp⁹ cuius anima est actus loco terminat ⁊ finit tāq̄z fine extrinseco ꝓsequus est q̄ anima eodē termino finiat: ꝛz nō circūscriptiue: qz nō ē quanta nec ꝑ se nec ꝑ accidēs. Large vero dicit aliquid eē in loco rōne solius p̄sentie ad locū: sicut illud qō nō ē q̄ntū: nec in quāto: vt angelus qui dicitur esse in loco rōne ordis quem habet ad locū vel ad corp⁹ in loco existens: sicut dictum fuit in ꝑmo lib. Et ꝑm oēs istos modos ē realis p̄sentia vnius ad alterū. Hoc satis patet in duobus primis modis. Illud enim qō est in loco diffinitiue vel circūscriptiue modo dicto est realiter presens loco: vt de se patet. Angelus ēt ē real⁹ p̄s corpi qō mouet: ⁊ per ꝓns loco i quo est corp⁹ motū: qz semp oz actiuū ꝑus saltē ordie nāe passiuo eē p̄s q̄z q̄ real⁹ agat: vt ꝑz ꝑ⁹ de gnātiōe. ¶ Quātū ḡ ad ꝓpositū dicūt q̄ corp⁹ xpi nō est i hoc sacro ꝑ⁹ mō. s. circūscriptiue: nec scōo. s. diffinitiue: ꝛz solū 3⁹ mō. Primū patet sic. Illud qō ē alicubi circūscriptiue cōmensurat ⁊ configurat loco cōtinenti: sicut ꝑz ex rōne circūscriptionis localis: ꝛz corp⁹ xpi nō cōmensurat: nec ꝓfigurat dimēsionib⁹ panis ⁊ vini nec loco eoz: sicut oēs doctores ꝓcedūt: nō. n. efficit rotūdū ad modū hostie: hoc. n. eēt absurdū dicere: ⁊ multa alia q̄ ad hoc sequūtur: ḡ ⁊c. ¶ Itē nec diffinitiue: qz corp⁹ xpi nō est in specieb⁹ sacralibus: nec i aliq̄ alio subiectiue vt anima in corpore: vt ꝓ illud possit dici corpus xpi eē i loco spē diffinitiue: quēadmodum aīa ē diffinitiue in loco vbi est corpus circūscriptie. ¶ Qz aūt sit i loco. 3⁹ mō persuadet sic: qz similis cōparatio ē subie corpal⁹ ad locū circūscripta q̄ntitate q̄lis ē subie spūalis ad locū: ⁊ hoc ꝑz ex ꝑmissis. Corpi. n. nō plus cōpetit sit⁹ ⁊ loc⁹ q̄z subie spirituali nisi ratione quantitatis qua amota non aliter com-

paratur ad locum substantia corporalis q̄z spiritualis: sed spiritualis substantia vt angelus potest simul esse presens omnibus locis vel corporibus ad que potest simul habere immediatum ordinem: ergo idē est de creatura corporali circunscripta quantitate. s. q̄ potest esse presens omni re ad quam virtus diuina daret ei immediatum ordinez. ¶ Ulterius sic arguitur. Illud quod habet substantia de se vel substātia corporalis si non esset quāta dato sibi ordine ad aliquas res hoc potest habere substantia quanta ratione qua substantia: non ratione qua quanta diuina virtute: sed spirituali substantie vel corporali: si esset actualiter non quanta conueniret q̄ esset realiter presens cuilibet rei adquam haberet immediatum ordinem vt declaratū est: ergo hoc potest conuenire diuina vtute substantie quāte ratione qua substantia: non ratione qua quāta. Minor iam patet. Sed maior probatur: quia cui potest cōuenire cā seu ratio alicui⁹ effectus ei pōt ꝓuenire ille effect⁹ siue ꝓpietas: nō faciēdo vī i noīe effect⁹ siue ꝓprietatis: sz causa vel ratio per quam conuenit substantie spirituali: vel p quam conueniret substantie corporali non quante eē presentem alteri est immediatus ordo ad alterum vt dictum est prius. hāc aūt rōnem seu cām deus potest comunicare substantie quante in quātū substantia est: ergo idem censendum est quātum ad hoc de substantia manente quāta sicut de spirituali vel de corporali si non esset quanta actualiter. Oz autem talem ordinem possit substātie cōmunicare patet ex hoc: quia si non esset quanta actu nō haberet ordinem nouū ad alias res sine ratione conuersionis ea⁹ in ipam: siue alia quacunq; ratione quam nō possit habe manēs sub quātitate. ¶ Item virtute diuīa potest impediri omnis effectus quātitatis manēte quantitate excepto effectu formali qui est dare esse quātum: quia priuare quātitatē omni effectu nō implicat cōtradictionē: sz quātitas per hoc solum quod est dare esse quātuz nō impedit formaliter: quin substantia possit habere omnem istuz ordiuem ad aliam rem quē haberet vel habere posset si non esset quanta: ordo enim substātie ad substātiā precedit vl precedere potest quantitatem: z omnia que competuut ei ratione quantitatis: ergo substantia quāta manēs quanta pōt habere ordinē cūdē ad quācūq; rem quē pōt habere: si esset sine quātitate: ergo cuz substātie spirituali de se: vl corporali si nō esset quāta posset cōuenire q̄ esset presens omni alij rei ad quam haberet immediatū ordinem. Idē potest diuina virtute conuenire corpori Christi manente eius quantitate: vt sit presens cuilibz corpori ad qō habet immediatum ordinē diuina virtute. Et ideo nō obstante: q̄ sit in celo circūscriptiue: habet tamē immediatū ordinē ad species sacramētales ratiōe substantie cōuerse i ipsuz: vel ex aliqua alia causa nobis occulta. Propter quod pōt esse realiter vbicunq; sunt species sacramētales quarum substantie sunt in corpus xp̄i cōuerse.

Sed licet ista opinio sit multū subtilis z probabilis tamen cōtinet aliqua dubia. Oz enim primo ponit triplicez modum essendi in alio verum est q̄ illud quod supponit in secūdo membro q̄ omnis distātia ē per interpositionem quātitatis que impedit presentiam: intelligendum est actu vel aptitudine: quia si solū de actuali intelligeret falsum esset. Si. n. esset vacuū inter Romam z Parisius vel inter celū z terram: z nulla quātitas i medio nō propter hoc vnum esset alteri presens: sed ita absens: sicut modo: quia si nō esset actu q̄titas distinguēs vnū ab altero posset tamē esse. Sed quādo nec actu nec potētia est quantitas distinguēs: nec i extremis nec ī medys: tūc nō est distantia. Unde cum quātitas nō distinguat nisi quāta que prohibet simul eē: inquātū vna extremitate sui tenet vnū z alia aliud: ipm nō quātū: quod quidē nō contigit a nullo disiungit. Unde angelus non potest dici distare ab alio si non sit diffinitiue in quanto. ¶ Uel potest dici q̄ si actu tm̄ z non solum aptitudine ab omni substantia amouereē quātitas illa a nulla re distaret nec presens: aut propiqua esset propinquitate z presentia situali: presentia aūt z propinquitate virtuali z essentiali posset esse presens. Et cum esse presens z propinquū sit aliqd positiue per hoc solum q̄ aliquid nō est alicui absens vel distās localiter z situaliter non sequitur q̄ sit ei presens vel propinquū situaliter nec localiter: qz non quantum non est natum affici hꝰ relationibus corporalibus. ¶ Similiter non videtur bona consequentia sua q̄ omnia non quanta sint omnib⁹ presentia: qz nulli sunt absentia vel distātia: qz si intelligaē de presentia situali bene sequeretur ī subiecto apto nato: sed tale nō nonquātū. Si aūt loquatur de alia non sunt opposita priuatiue: propter quod carentia vnius nō poneret alterū. ¶ Itē bñ dicit q̄ corp⁹ xp̄i in loco spēx nō est circūscriptiue nec diffinitiue sed presentialiter p exhibitionem sue essentie. Sz comparatio corpis sine quātitate ad spūz est intelligēda q̄tū ad distātiā z absentiā: qz sicut spūs nō distat ab aliquo corpore sic nec corpus circūscripta quantitate. Sed q̄ vltra dicit q̄ sicut spiritus potest cē presens locis plurib⁹ sic corpus circūscripta quātitate nō videtur: qz spūs ē presens plurib⁹ locis per carētiā quātitatis: sicut per cām sine qua nō: sz per suam virtutez z naturam: sicut per causam ꝓpriā: qua oē corp⁹ est ab eo mobile z sibi subicibile fm eos. Sic aūt nō potest dici de suba corporali, sblata quātitate: nisi dicatur q̄ humanitas xp̄i hoc z plus hz per gratiā quod aligs angelus per naturā: imo etiaz corpi xp̄i collata est ptās super omne corp⁹. Jn Math. Data est mihi oīs ptās in celo z in terra: vt sicut omnis virtus actiua angeli est data anime xp̄i. sic omnis virtus actiua corporis cuiuscūq; sit data corpi xp̄i. Propter quod sublata quantitate nō solū nō distaret sz eēt pūs oī corpori: sicut angelus fm eos presens ē oī corpori: qz omne corpus ab eo moueē. Et tunc anima xp̄i z corpus xp̄i essent vbiq; ꝓpter immediatum ordinem ad posse mouere omne corpus añ cōuersionem: nō obstante quātitate: sicut est in altari p ordinem cōuersionis nō obstāte q̄titate. Unde sequerēt duo contra eos. primo q̄ nullum aliō corpus a corpe xp̄i posset eē presens alteri corpori quod nō tāgeret: sicut nec potest aliud corpus mouere nisi p cōtactum sue q̄titatis. 2° q̄ corpus xp̄i sine cōuersione z ante ꝓuersionē nō solū posset eē: sed esset actu presens omni corpori qō nō tāgeret: quia sine cōtactu molis pōt mouere per appetere suū omne corpus sicut angelus p velle fm quosdam. ¶ Postea dubiū est quod assumit: q̄ deus pōt dare subē quāte rōne q̄ suba id quod habet suba nō quāta de se: qz hoc verū est: de his in quibus quātitas impedit effectū: puta q̄ suba moueat intellectum nō mediante q̄titate q̄ mouet sensuz vel aliō huiꝰ: sed nō illō quod ipa impedit formaliter quādiu ipsa est forma. Cū ergo q̄titas corpis xp̄i: p quam formaliter ē in celo circūscriptiue impediat nō effectiue sz formaliter z faciat ipm distare z esse alibi ab altari quādiu manet in formatū quātitate nō videē q̄ possit esse presens in altari quacunq; virtute: nisi forte dicaē sic q̄ sicut esse extēsuz ē effect⁹ formalis q̄titatis z tū pōt fieri q̄ aliqd hēat q̄titatem z sit subm ei⁹: nec tū erit extēsū fm oē illud qō substēt q̄titatē: sed fm q̄titatē quā hēt z materiā z hꝰ: sz non fm formā subalē: vt hō: sic nō pōt fieri gn corp⁹ xp̄i q̄diu habet q̄titatē fm illā q̄titatez distet ab alio q̄to separato: sed potest fieri q̄ fm q̄ corp⁹ suba ē nō distet sz sit pūs. Et sic ē in proposito p ꝓuersionem subē in subam non vt quāta est sz vt suba est. Sed tunc ipa quātitas nō eēt ī altari.

Nunc 3° tangenda sunt quedam dubia circa predicta. Et videē q̄ si deus cōuerteret panē in corp⁹ pe

dum actualiter cõmittit aliud. Sed peccator subyciens se pro absolutiõe alicui sacerdoti sciẽter contra ordinationẽ eccl'e actualiter peccat peccato inobediẽtie: g̃ nõ põt absolui ab alys pctis. Maior pz ex precedẽtib⁹: minor declaratur: qr eccl'a põt rõnabiliter statuere q nõ glibet suscipiat quodcũq; sacr̃m a quocũq; ministro sz a determinato: vt patet de sacro ordinis: qr nõ est licitũ quẽlibet ordinari a quocũq; epo. Et sil'r ẽ de sacro pnie rõnabiliter institutus. q nõ quilibet absoluat a quolibz: qr nõ quilibet sufficit ad absoluẽdũ in foro aie. Ut igit amoueat incẽtiuũ delinquẽdi quod prebereť si glibet in pnie foro p volũtate sua posset in quolibet loco a quolibet sacerdote absolui: tolleret .n. ex hoc multũ ꝺ erubescẽtia quã dz hr̃e peccator'ꝫ multũ de cautella quã põt ꝫ dz adhibere plat⁹ ℑ recidiuũ circa subditũ in varys casib⁹: iõ rõnabiliter sic est p eccl'az ordinatũ. ¶ Tertio istimet dicũt q eccl'a hoc faciẽdo nihil mutat de eẽntialib⁹ in hoc sacro. Qꝺ ꝓbant sic: qr ꝓhibere ne quilibet recipiat sacr̃m a quolibet mistro nõ est mutare aliquid qꝺ sit eẽntiale sacro: sz eccl'a in ꝓdicto statuto nihil plus facit nisi ꝓhibere ne quilibz accedat ad quẽlibet sacerdotẽ p absolutiõe: ergo nõ mutat aliqd qꝺ sit eẽntiale sacro nec materiã nec formã nec ministr̃: ꝫ qr his cõcurrẽtib⁹ est ver̃ sacr̃m: pz q talis ꝓfessio est ver̃ sacr̃m: sicut baptism⁹ ꝫ ordo sacer recept⁹ ℑ ihibitionẽ eccl'e est ver̃ sacramẽtũ: cui⁹ signũ ẽ: qr si sacerdos reuelaret ea q̃ audiuit in tali ꝓfessiõe puniret nõ solũ vt reuelator secreti sz vt reuelator ꝓfessionis. hoc tñ interest inter bap^m ꝫ ordinẽ quz recipiũtur ℑ ihibitionẽ eccl'e ꝫ sacr̃m pnie: qr illa nõ sũt iteranda q̃uis peccet mortal'r suscipiẽs si sit adultus. qr peccatũ suscipiẽtis nõ ipedit totalẽ effectũ baptismi ꝫ ordinis sicut ipedit totalẽ effectũ absol'onis q̃ est solũ remissio peccati pp qꝺ iterari debz. Et hec bñ stãt simul q aligs bene recipiat sacr̃m ꝫ nõ rẽ sacri pp indispositionẽ suaz. Sic.n. res sacri q̃q̃ hẽtur sine sacro actu suscepto. sic eᵹ verũ sacramẽtũ põt actu recipi sine re sacri. ¶ Sz hec opio q̃tuz ad id qꝺ pmo dicit ẽ dubia: qr deus a pncipio eccl'e pfecit ℙetrũ curatũ dicens. ℙasce agnos meos ꝛc̃. Et tibi dabo claues ꝛc̃. Uñ sicut mõ sine licẽtia curati cui cõmissa ẽ cura hui⁹ parochie vel ꝺyoce. nõ lz alteri ꝓfiteri: sic nec tunc postq̃ fuit nec̃ia ꝓfessio sine licentia ℙetri: imo sicut mõ cardinalib⁹ nõ licet ꝓfiteri sine licẽtia pape: sic nec tũc apostolis sine licẽtia ℙetri de iure cõi: lz libertas spũs non habeat legẽ. Et lz oẽs apli fuerint imedietate a xpo ordinati sacerdotes in die cene qñ dixit eis hoc facite i meã cõmemorationẽ: tũ nõ in epos nisi ℙetrũ cui solũ dcm̃ ẽ. ℙasce oues meas. Et de ℙaulo qꝺ g tuc nõ erat discipulus certum est. Beat⁹ ét Jacob⁹ pm⁹ ab alys ꝓsecrat⁹ ẽ bierosolymorum eps. Et q̃uis oẽs apli eẽnt facti epi a xpo sicut aliqui dicũt: tñ ab eo ℙetr⁹ vocat⁹ ẽ cephas qꝺ ẽ caput. Uñ in euãgelio primus apl'oz dr̃ ꝫ alys semp pferť: qr voluit xps hr̃e vnũ vicariũ ꝫ eccl'am vnũ caput vni⁹ capitis vicariũ: a quo ceteri tenerẽt gcgd haberẽt. Sicut rex diuidẽs regnũ vult scdogenitos a pmogenito tenere: ita ac si ab illo recepissent q̃uis oẽs eq̃ imediate a rege accipiant portiones. ¶ Ad p^m arg^m ipoz ẽ dom. q nisi pctor vellet nullus eũ absoluere posset: sz nõ ꝟuertit q sua volũtas sufficiat in eo qꝺ suũ nõ est: vt in sequẽti articulo dicet. ¶ Ad z^m dom q ꝓꝓ ideo subycit se cui vult: qr cura illi⁹ nulli cõmissa est determinate ad cui⁹ arbitriũ satisfacere hẽat: sic̃ cura oĩs xpiani ꝓmissa ẽ ℙetro p cui⁹ manũ oz trãsire i regnũ sicut p manũ xpi q hũc vicariũ dereligt. Uñ si ℙetr⁹ mortal'r peccasset tenebať ꝓfiteri. Et qr nulli erat spãliter obligat⁹: ideo de oĩb⁹ de quib⁹ xps sibi ꝓmiserat ptãtẽ absoluẽdi libertatẽ hẽbat eligẽdi: ꝫ hz nũc successor ei⁹ q nulli subest. ꝫ pari rõne ptãtẽ hz. Et p idez patet ad z^m. ¶ Ad 4^m de moriẽte dicet in 20^a di. ¶ Ad 5^m de ꝓsuetudine dicendũ est q ꝓsuetudo nõ ꝓiudicat iuri diuino. Uñ cũ ꝺ iure diuino eẽt q oĩs xpian⁹ de pctõ ℙetro vel ei⁹ vicario hẽat satisfacere: ℑria ꝓsuetudo si fuit non valuit. Uñ ꝫ bñ dicit ꝺ pe. c. i. li. 6. Qr nullla ꝓsuetudie introduci põt: vt gs sine licẽtia ꝓpr̃y sacerdotis sibi valeat eligere ꝓfessorẽ: qr si hoc eẽt respectu inferiozis ꝓpr̃y sacerdotis vel epi qꝺ ẽ de iure positiuo: nõ tñ respectu pape qꝺ est de iure diuino. Sed qr a pncipio eccl'e nõ eligebant nisi boni ꝫ spãliter a xpo electi nõ erat periculũ. Et volũtas xpi erat ꝫ ℙetri q nõ q̃rebãt nisi salutẽ aiar̃ q oẽs boni q̃les sciebat esse illos q tũc erãt: ita possent absoluere sicut ipe. Nouerat .n. ℙaulũ ita bñ vsur̃ sicut se. Et iõ volũtas ℙetri erat ℙaulus eque vti: ꝫ ꝺsimiliter alios bonos. Sz cito apparuit. q sicut de electis a xpo vn⁹ fuit ꝺyabolus: ꝫ de septẽ diaconib⁹ vn⁹ fuit sathan: multo magis de sequẽtib⁹: ideo voluerunt q nõ glibet quẽlibz sz diuisiz. ꝫ diuiserunt ℙaulo ꝫ Bernabe gentes ꝫ ipi in circũcisiõe. nõ sic aũt q ℙetrus per hoc pderet ptãtẽ q ꝫ postea trãsiyt ad gentes nulla noua ptãte sibi data sz vsus pma sibi refuata. vñ ꝛc̃. ¶ Quã tũ ad z^m. ſ. vt q̃r glibet possit mõ absolui a quolibet ẽ sciendũ q vnusq̃q ꝺ eo qꝺ suũ ẽ potest facere qꝺ vult: qr i sua quilibz est moderator ꝫ arbiter ꝫ nihil tã naturale ẽ q̃z voluntate dñi seruare volẽtis rẽ suã in aliũ trãsferre. Uñ q̃r de ꝺtractib⁹ vel quasi hoies nõ ꝓpellũtur litigare cozã iudice nisi velint: sed pñt eligere arbitros vel inter se ꝓponere sicut volũt: quo facto ptor ratũ hr̃e debebit: nec bz eos ad rñdẽdũ cozã se citare pp hoc qꝺ de talib⁹ pñt se sbmittere cuicũq; iudici volũt hñti iurisdictiõem i alios: vt Aureliañ. ꝓsentire i iudicẽ parisiẽsez ꝓgando iurisdictionẽ illius in se ipos ꝫ tenebit sñia q̃si a suo iudice i subditos lata: vel ẽt in iudices cartularios q nullũ subditũ hẽbant nisi volẽtes se eis submittere. Si aũt est aliqd de quo homo teneať velit nolit ipe vel accusator cozã determinato iudice rñdere: sicut de feudo vel delicto de quo inuitus accusatus cozam alio iudice remittiť ad iudicẽ loci delicti: de talib⁹ nõ possunt actor ꝫ reus in extraneũ iudicẽ cõsentire nisi de licentia illi⁹ iudicis cui i hoc subditi sunt. Et pp hoc clerici q spãli mõ subditi sunt iudicib⁹ suis nõ solum i delictis sicut ceteri: sz etiã in ꝺtractib⁹ nõ pñt renuntiare priuilegio fori: nec pñt se alieno iudici sbmittere progãdo ei⁹ iurisdictionẽ nisi de licẽtia epi cui subiecta sunt. Luz g ex ordinatiõe xpi oĩs aĩa xpiana subdita sit ℙetro de illis in gb⁹ ei subdita ẽ sine licẽtia ei⁹ aly se subdere nõ põt. Et quo aũt post passionẽ xpi hõ mortal'r peccauit ꝫ post bap^m suũ tenet ad arbitriũ ℙetri satisfacere cui dictũ ẽ si peccauerit in te frater tu⁹: vñ de pctõ mortali sine licẽtia ꝫ ordinatiõe ℙetri nõ licuit alteri ꝓfiteri. Sil'r ligat⁹ maiori vl minori excõicatiõe nõ põt seip̃m soluere. Est ãt cõissa ℙetro in oĩb⁹ gb⁹ indiget ab alio solui: g̃ in istis nõ potest sol alteri subdere: sed de pctõ veniali põt hõ per seip̃m sine ℙetro ꝫ quocũq; sacerdote seip̃m soluere. Similiter de mortali de quo semel ẽ absolut⁹. Uñ nisi ordinatio eccl'e fit in contrariũ quilibz sacerdos põt absoluere quẽlibet sibi volentẽ ꝓfiteri a quolibet veniali ꝫ mortali de quo aliqñ est absolutus: qr de his nulli hoi ẽ obligat⁹: Et iõ de his põt se submittere cuilibet cui vult nõ solũ curatis alys hñtibus populũ sz ét simplicib⁹ sacerdotib⁹ nullũ subditũ alias habentib⁹: nisi q si sunt religiosi sine assensu plati nihil tale debẽt agere. Sed si agerẽt nihilomin⁹ absoluti eẽnt: qr cõcurrerẽt eẽntialia sacri. De mortali aũt nõdũ ꝓfesso de q̃ teneť satisfacere ℙetro nõ video q sine ei⁹ licentia possit se alteri subdere. Sicut hõ ꝺ frãcho allodio põt se cui vlt submittere: nõ aũt de feudo de quo iaz alteri homagium fecit nisi de ei⁹ assensu vel saluo iure ei⁹. Uñ si hõ vellet alieno sacerdoti confiteri cũ intẽtione nihilomin⁹ ꝓfitẽdi propzio sacerdoti ꝫ satisfaciendi eius arbitrio: vr̃ q posset

alius:eũ absoluere:sicut dicit ꝟ Raymũd⁹:q; alien⁹ pōt ab soluere ponēdo:spē ī ratihabitiōe ꝓpry sacerdotis. ¶ Et qō ñt illi ō cōtraria opione:q; si qs alieno ꝟfiterē q; eēt verū sacm. ¶ Cōtra. q2 a nō suo iudice lata snīa nō tenet ⁊ sil'r si a suo ō casib⁹ retētis:q2 in tñ est nō suus. ſz post q; ē absolutus a'supioze a quocūq; vult ō illis absolui:pōt per rationem dictam.

Quantū ad tertiū est sciēdū:q; iudex eccl'iasticus in foro ꝟscie pōt absoluere vel ligare ex̄ terri 3ª ꝟ torium suū tripliciter. Et fm hoc sūt tres ꝟcl'ones. ¶ Pri ma.qñ cōfessoz ⁊ ꝟfitēs vterq; ē ex̄. vt si epus ex̄ dyocesiz inueniat subditū volētē sibi ibi cōfiteri:vel curatus extra parochiā parochianū:ibi pōt eū absoluere ⁊ ei pnīaz iniū gere.q2 ille act⁹ q nō ꝟcernit determinatū locū:ſz idifferē ter'oēm locū honestū:pōt equal'r exerceri ex̄ territoziuz ⁊ intra. Propter hoc.n.arbiter pōt p̄cipere ptes adesse in oī loco honesto.q2 nō bz locū certū: vbi ius dicēdo resideat moze maioꝝ. Et ꝓpter ꝫ ea q; sūt volūtarie iurisditionis ⁊ cāe cognitionē nō desiderāt:pñt a ꝓcedēte iudice vbiq; agi. Sz soluere vl' ligare i foro ꝟscie ē hꝺ:q2 p̄ncipal'r respi cit actū iteriozē in quo eēntial'r ē pctm:q; abstrahit a loco. vñ ꝓpter ꝟcupīam soli⁹ cozdis ī eccl'ia fcām est ꝟfitēdum: nō tēplū recōciliādū.igr ⁊c. ¶ P. cōstitutio q; ē clauis ⁊ fū damētū h⁹ māe dicit q; glibz ꝟfiteaf ꝓpio sacerdoti. Si aūt eēt necesse cōfiteri ī ꝓpio loco:sicut ꝓpio sacerdoti: nō dimisisset illō ponere. vñ lz curati plus ꝟsueuerit in ec clesia audire ꝟfessiōes q; ex̄.tñ extra ⁊ i domib⁹ ⁊ i itinere ambulādo audire pñt. Et si qdē de venialib⁹ aut moztali bus semel cōfessis agerēt.q2 hec credūt ī partē volūtarie iurisditōis:eo q; nō necesse ē ea cōfiteri:nō ē dubiū q; vbi cūq; de his possim⁹ cōfiteri:ſz ēt de moztalib⁹ semel i an no cōfitēdis idē iudiciū ē:q2 nec de illis pōt absolui qs nisi volēs. vñ hoc iudiciū nō reddit in inuitū. Et iō adhuc pōt exercēri ex̄.sicut ea q; sūt volūtarie iurisditiōis. Et q; abso lutio ī foro pnīali nō ita arteꝫ ad territoziū: sicut illa q; fit i foro exteriozi:apparet:q2 archiep̄s pōt visitās ō oī crimi ne; puincia ꝟfessiōes audire:nō aūt exteri⁹ crimina nisi notioza cozrigere. de cens.i.c.vlti.§.notoria.li.6. Et sil'r pōt mittere q̄stozes cū idulgētys:nō aūt officiales ꝓ iudicys faciēdis. de pe.c.i. de offi.ordi.c.i.li.6. Jtē ea q; coactionem nō ꝟportāt pōt iudex facere ex̄ territoziū .de foro cōpe.c.i. li.6. Nā territoziū a terēdo :hꝺ aūt sūt hec. iō ⁊c. Sz sicut vbiq; qs capiat ferā suaē.pōt tñ a dño ꝓhiberi ne ītret agrū suū:sic pōt qs vbiq; suū subditū a pctō absoluere. sed pōt ꝓhiberi ne resideat i aliena eccl'ia ad hoc faciēdū si p hoc p̄iudiciū pareꝫ: vt si vellet ibi solēnes pnīas iniū gere. Propter qō ēt volēs facere ordines i aliena dyocesi accipit lnīam ab illo. vñ curat⁹ alium curatū vel sacerdo tē nō habērem lnīam a suo superioze posset ꝓhibere audi re ꝟfessiōes in sua ecclesia.nō sic aūt extra eccl'iam ēt ītra parochiā. Nec sil'r si hꝫet ptātē a papa vel epo ꝓpo cui sub 2ª ꝟ ditus locus est. ¶ 2ª ꝟcl'o.q; si absoluēs ē ītra ⁊ absoluen dus ex̄ p cōmissionē:vt si curat⁹ vel epūs det lnīaz subdito ꝓficiscēti ꝟfitēdi extraneo: vel epūs det ptātem alicui ī oēs sue dyocesis:⁊ iste iueniat extra dyocesiz aliquē volētem ꝟfiteri pōt eū absoluere. Oēm.n.absolutionē quā aligs p seipm pōt īpendere i foro ꝟscie iure ordīario pōt alteri cō mittere. vñ cū ibi possz p se ꝟfessionē audire:vt dicit ꝑma ꝟcl'o.p ōñs ⁊ p aliū. Uñ dicit ꝟstitutio. Si qs alieno sacer doti voluerit cōfiteri lnīam petat a ꝓpio ⁊c. nec dicit i p̄ pria parochia. vñ nō regrit:q; ꝟfessio q; fit alieno sacerdo ti fiat in ꝓpria parochia. Pari.n.mō est qs ordinand⁹ ab soluēdus ⁊ iudicādus a suo.de paroch. Nullus. ſz de lnīa ꝓpry dyocesani:pōt qs ordinari ⁊ iudicari i foro exteriozi ab alieno ī aliena dyocesi.q; ⁊ i foro iteriozi.⁊ sic vtiꝫ ꝟsue tudo:q; est optima legū iterpres. Nā pnīarius epi in eccl'ia cathedrali exempta:⁊ nos in locis nostris exēptis audim⁹ ꝟfessiōes aucte epi:cū in locis exēptis nō pōt ipe plus q; si ex̄ dyoce. ¶ Sz tūc ē dubiū de simplici sacerdote. Plus eni cōcedit illi in quo duo iura cōcurrūt:q; illi in quo vnū tñ:sicut p; i adoptione aui materni ⁊ extranei. vñ curat⁹ in loco suo pōt audire ꝟfessionē extranei de lnīa superioris illius.q2 persona est ei subdita rōne cōmittētis:⁊ locus est sibi subditus rōne sui. Secus aūt videt̄ i simplici sacerdo te cui nullus locus est subditus. Sed dico idē.q2 si pretoz sit is q; alienā iurisditionē exeꝝtur:nō tamē ꝓ suo imperio agit. vñ nō rōne subiectōis loci hoc facit:ſz solū rōne subie ctionis p̄sone.sicut ꝟmittens ibi iure suo posset ibi audire. vbi tñ nihil pōt i locū:sed in p̄sonā soluz. ¶ 3ª ꝟcl'o est.ex̄. 3ª ꝟ q; existens ex̄ territoziū pōt cōmittere audientiaz ꝟfessio nū intra. Exquo.n.pōt per se audire extra:vt dicit ꝑma cō clusio:⁊ p aliū vt dicit scōa:pari rōne pōt cōmittere extra vt audiat̄ intra. vñ cōstitutio dicit lnīam petat ⁊ obtineat a ꝓpio sacerdote.nō dicit ī p̄pria parochia. vñ vbicūq; det̄ lnīa ꝟfitēti vel auctoritas ꝟfessoꝝ nō refert. dū tamē ītra audiat.q2 ēt in his que sunt cōtentiose iurisditōis i fo ro exteriozi pconsul vel p̄ses nōdū igressus iure nouo vl' egressus etiā iure antiquo:nō solū cū ꝓficisci cepit imo ēt cū abeē ceperit delegare pōt vt intra ꝓuincia iudicet̄. Et sil'r curat⁹ extra parochiā ⁊ epūs extra dyoc.ex̄s pōt vel mittere vel cōstituere vicarium ad confessiōes audiēdas sicut officialez:etiā destinare ad causas audiēdas ⁊ termi nādas.ff.de offi.p̄sul'. Obseruari.§.vlti.l.se. de offi. eius cui mā.ē iur.de collatoze.§. Prohibem⁹.col.9. ſz auctas cō stitutionū nostrarū videt̄ īniti iuri antiquo de eo q; dicit superiozē gerere vices priozis quousq; cōfirmat⁹ sit p̄sens ī domo:si intelligat q; prioꝝ nō possit al'r ordiare quousq; ītrauerit possessionē ⁊c. ¶ Sz iuxta scōam ꝟclonem ē no tandū:q; fines mādati diligēter sunt seruandi. vñ si epus det ptātez audiendi ꝟfessiones subditoꝝ p dyoc. vel i dyo cesi vel iafra dyoc.ex hoc ñ possunt audiri extra:q2 essz ex cedere fines mādati:sed bñ possunt audiri ītra i locis exē ptis:q2 lz nō sint infra dyocesiz:quo ad subiectionē si sunt. exempta a lege dyocesani ⁊ iurisditione eius.tñ sunt intra quo ad situationē. Sed si dicatur sic de dyoc.vel oī q; sunt de dyoc.⁊c.q2 determinatio loci ad cōfitētes fit nō ad con fessiones:tunc pñt vbiq;. ¶ Ad argumentū ī oppositum dicendum q; inteligitur fm ordinationē petri:cui illud p̄ ⁊ p̄ncipaliter fuit commissum.

Attē mādati fi nes obseruā de bēt.

Questio. III.

Tertio querit̄ de correctione fraterna vtrū cadat sub p̄cepto. Et vide tur q; nō:q2 meretrices tollerant̄ ab eccle sia q; tñ sūt i moztali. Et sil'r vsurary.q; omit tere correctionē fraternā nō ē moztale:cuz tota eccl'ia hoc faciat. ¶ Cōtra est:si pecca uerit in te frater tuus ⁊c. ¶ P°. ꝑmo viden dum est quid est correctio fraterna. 2° an sūt in p̄cepto. 3° qui sunt qui tenentur ad eam.

Quantū ad ꝑmū ē diffinitio magistralis q; fraterna correctio ē admonitio fratris de emēdatio ne delictoꝝ ex fraterna charitate. Dico aūt admonitio fra tris.q2 obiurgatio verbi et castigatio verbeꝝ ptinet ad p̄ latū:⁊ dicitur correctio p.c. sed admonitio secreta q; fit per ꝟba dicit̄ correptio p.p. non a rapina.i. violētia:nisi put p eam volūtas immutat̄:sed a raptu:q2 raptim ⁊ percursuz cozrigitur qui solo verbo emendat̄.sicut syllaba cozripi di citur que cito p̄fertur. De emēdatiōe delictoꝝ:q2 respe ctu finis dicitur homo p̄ximū dirigere:cū sibi ip̄m ostē dit:sed regere cum a deuio i p̄sum custodit:cozrigit eum er rantē ad viam p semitā reducit emēdādo ip̄m a peccato. hoc aūtē q2 fit sepius de paruis delictis vel omissionibus que dicuntur delicta quasi derelicta. Nam de alys dicit̄

q̄ nemo p̄ot corrigere quē de⁹ despexerit.iō dr̄ de emēdatione delictor̄.Ex fraterna charitate.illa.n.correctio que fit a prelato i coī:dicit̄ fieri ex iustitia q̄ respicit bonū cōe: vt edificet̄ de pena q̄ sunt scādalizati de culpa.vt vnius pena sit metus multor̄.Propter hoc enī rei pu. iteresset ne maleficia remaneāt īpunita.sz illa q̄ fit secreto ad emēdationē fratris ex charitate ꝓcedit:qz amicitia nō min⁹ subuenit i dānis virtutum q̄ in amissione rerum.

Quantum ad scām est sciēdū:q̄ cū aīe boīum sint cūctis reb⁹ p̄ferēde:si elemosyna corporalis vbi est necessaria corpori ē ī p̄cepto:multomagis spiritualis.vñ si occurrat iste casus p̄mo q̄ videt ꝓximum ī peccato mortali. 2° sperat p̄ suā admonitionē illū corrigi. 3° q̄ nō sperat illū alr corrigi:sz sic icorrectū mori:tenet̄ ex p̄cepto multo plus subuenire aīe ne dānet̄ q̄ fame scēti lazaro ne moriat̄.Unde Grego.in homi.Cū audisset ioānes in vinculis opa xp̄i.Plus ē aīaz ī eternū victurā pabulo vbi reficere q̄ ventrē moriture carnis terreno pane satiare.si aūt nō esset ī p̄ctō mortali:sz veniali tm̄:deesset necessitas:qz si hic nō corrigit̄ i purgatorio:corriget̄.Itē si nō sperare⁹ correctio:sz poti⁹ exasperatio:non deberet fieri:nisi ꝓpter aliorū edificationē i casu negligendū eēt ei⁹ odiū:sicut ioānes arguebat berodē.in quo casu dicit Chrȳ.Meli⁹ ē odiū ꝓpter deū q̄ amor p̄ter eū.Cū.n.ꝓpter deū diligim⁹:sibi debitores sumus.Cū aūt ꝓpter eū odio hēmur:ip̄m nobis debitorē cōstituim⁹.Uel si ad horā ꝓtristaret̄ postea emēdaret̄.Itē si alr sperare⁹ corrigi vel per seip̄m vel p alium ad quē magis pertinet:q̄ tm̄ si p̄sens eēt nec corrigere vellet:nō excusaretur qui hoc videret.

Quantum ad tertiū.g. s.teneant̄ ad eā. dōz q̄ oēs sicut ad charitatē ēt religiosi.Si.n.religiosus nō hz ꝓpriū:r iō excusat̄ a p̄cepto elemosyne corporalis:vbi videt ꝓximū:nec hz vñ subueniat respectu scē: necessitat⁹:q̄ nō oīa facit coīa:qz nō debz de alieno largirī nō tm̄ respectu p̄me:qñ deberet ēt accipere sup altare.tm̄ ip̄e linguā hz:nec i hoc dz silentiū claustro:sz magis correctionē ꝓximo.Propter qō si suo vbo posset corrigere peccantē nec faceret:mortaliter peccaret dictur⁹.Ue mihi:qz tacui:r maledict⁹ q̄ p̄hibet gladiū suū a sanguīe.Et in Eze. Si nō ānūciaueris ei:sanguinē ei⁹ ō manu tua regrā:sicut sanguinē abel de caym:q̄ dixit.Nunqd custos fratris mei sū. 2° tenet̄ peccator:qz p̄ctm̄ suū eū non liberat a p̄cepto ēt si peccet corrigēdo:qz nō est ꝓplexus cū possit se corrigere in momēto.¶Si aūt querat̄ vtrū peccet corrigēdo de eodē vel leuiori p̄ctō:si gdē sit veniale:nō:qr ñ ē mā scādali.si vo mortale:aut corrigit vt ꝓfectus:r tūc dicūt q̄ sic:qz indigne exeq̄t officiū suuz.r q̄ sine p̄ctō est ille dz mittere lapidē:nō ali⁹ auditurus:ī quo aliū iudicas:teipz ꝓdēnas. Eadē.n.agis q̄ iudicas:ēt si ē p̄ctm̄ occultū:dū tm̄ mortale: qz suspēsus ē coram deo r quo ad se.r B vex ē ō p̄lato ī spūalibus:nō aūt ī tpalib⁹.Si.n.ꝓpositꝰ vel ballius ē alr ī p̄ctō mortali occulto:r suspēdit latronē:nō ꝓp̄ peccat mortaliter:cū ista officia ēt a gentilib⁹ habeant̄.si vo corrigit per modū magistery i publico docēdo:si ē occult⁹ peccator:nō peccat mortalr vt dicūt.Si aūt notori⁹ tūc sic.qz scādalizat:qz cuius vita ōspicit̄:necesse ē vt p̄dicatio ꝓtēnat̄.Alij aūt dīt q̄ lz ita sit de doctrina:secus ār ē ō p̄dicatōe quam īdigne exeq̄t gcūq̄z ē sibi cōscius mortalis ēt occulti.vñ q̄ p̄dicas nō furandum furaris.Sz illa auctas ē ad oppo⁹: qz ibi p̄mittit̄.q̄ q̄ aliū doces:teipz nō doces.vñ pariter ibi reprehēdit̄ docēs r p̄dicās ꝓriū ei⁹ qō facit.Qui ār secreto aliū corrigit:si occult⁹ p̄ctō ē respcū illi⁹ nō delingt.sed si public⁹ aut illi cognit⁹ scandalizat:r sic peccat:si q̄ si impio se hoc faciat:sz si q̄si adhortās ad cōcordē pniam vl q̄ suo malo exēplo nō peccet:ne q̄q̄.Subdit⁹ aūt dz r p̄ot p̄latū corrigere:sz cū debito moderamīe.qz si i his que fidei sūt erret publice peccare faciēs populū:publice ē arguēdus sicut paulus petz.Uñ si papa p̄dicaret errorē corā ppl'o:scandalizando eēt:r ei corā ppl'o ꝓdicendū.sic.n.dicit paulus ō petro.In facie ei restiti rē.In alys ār secreto r cū reuerentia corrigendus est:r tāto reuerētius q̄to maior p̄lat⁹.¶Ad argumētū dōm q̄ meretrices corrigūt quidem nō per pe nas ne deterius contingat:sz p sermones inq̄sitū predicat fornicationē eē mortale.sil'r ō vsurarys. Questio. IIII.



Queritꝰ quarto ō denūciatō e vtrū debeat eā p̄cedere fraterna correctio:r vr̄ q̄ nō.qz plus diffamat̄ hō si accusat̄ corā multis r p̄lato q̄ si denūciat̄ soli p̄lato.Sz ad accusandū iudici nō regrit̄ secreta admonitio:sz suffic̄ q̄ p̄cedat iscriptio.g̃ nec ad denūciationē.¶Cōtra.ō accusa.q̄l'r r qñ:vbi dicit̄ q̄ īgsitionē p̄cedere dz clamosa insinuatio:accusatiōez iscriptio:denūciationē secreta admonitio.¶B°.hic opus ē distictōe icludēte septē ꝓnes ī gnāli. qz delictū aut ē simpl'r publicū:aut simpl'r occultū:aut sz qd publicū:r sz qd occultū.In ꝓmo casu dico p̄ctm̄ publicū qñ ipe ē p̄ctōr public⁹:r nō si publicū eēt tale crimē esse cōmissū:r nescire⁹ oīno a quo:sed qñ:siue delictū fuerit factum publice siue occulte.publicū tm̄ r diuulgatū ē q̄ iste fecit tale crimē:r de hoc ē coiter diffamat⁹:si vīsile ē q̄ cit⁹ corrigere⁹ si ad p̄tē sibi oñdo:qō vr̄ ordinari ad ei⁹ emēdationē:q̄ si stati iudici denūcio:qō videt̄ cedere ad eius cōfusionē:debeo p⁹ secrete admonere:nō pp ꝓfuatiōez fame:q̄ iam supponit̄ p̄dita:sz ꝓpter emēdationē cōscie.Postea vero si nō corrigitur:vt edificēt̄ de pnia q̄ scādalizati sunt de culpa:debeo denūciare:sz nō teneor.qz ex fama p̄t iudex ingrere nullo denūciante.Si ār est parti publicū et parti occultū.qz.s.possū eū p testes cōuincere:puta:duos vel tres:sz oēs aly ignorāt r reputāt eum bonū:nec sine infamia possū eū denūciare:tūc hz locū sz oēs illō euāgely. Corripe eū iter te r ip̄m solū.Si te audierit lucrat⁹ es fratrem tuū:r ibi supple siste.Si te non audierit abbibe tecū vnum vel duos.s.de illis qui sciunt tecum coraz quibus si arguit̄:ī nullo fama ledit̄.quousqz.n.sit correct⁹ corā aliis sciētib⁹:si sūt:vl q̄diu sperat̄ q̄ corā illis r p illos solos poterit corrigi:nūq̄ aly sūt adhibēdi.ꝑus aūt ꝓpositō nesciēti nō dz oñdi:nisi qñ vel nō sūt aly cōscy:vel non sūt tales p gb⁹ nō ē verisile q̄ se vellet corrigere.Si ergo acgescat ibi stet̄.si nō audierit illos dic ecclie.Qō verū ē qñ illis nō auditis nō ē spes de correctōe alr.tūc.n.p quēcūqz modu⁹ oñdēdū ē illi q̄ ꝑt ꝓdesse r nō obesse siue sit p̄lat⁹ siue ali⁹. Si aūt possum corrigere sine infamia:debeo abstinere a denunciatione famosa r diffamatione.Si aūt sit ita occultum:q̄ non est infamat⁹ nec potest sufficienter ꝓbari iudicio istius qui habet corrigere.qz vel ipse solus scit vel vnius testis cum eo:tūc q̄diu sperat̄ correctio nō dz denūciare:sz pōt iter se r ip̄m solum:postea cum illo vnico alis sciēte.postea vero dz denūciare secreto prelato:nō tamq̄ iudici:sed tamq̄ illi qui pōt ꝓdesse:r de quo est verisile q̄ p eū corriget̄:siue sit prelatus siue ali⁹:sub sigillo tamen secreti.Si vero non speretur correctio.qz vl ex malicia peccat nec erubescit:sicut aliqs q̄ semel nata occasione ruit: vel quia pluries est sibi dictū r se non corrigit:tunc subdistinguendum est per tria membra:qz aut illud peccatū:qō creditur facturus est in periculum cōitatis:r tunc denuncian dum est illi ꝓseruādo famā q̄tum potest cū salute rei pu. nō alr.Si enī ille de quo rector ciuitatis plus cōfidit:cui r claues tradidit:illa nocte est eam traditurus hostibus vel huiusmodi:r nullo modo vult desistere:tunc etiaz noīati dicendum est illi.Laueatis ne tali tradatis claues ista nocte:quia proditurus est ciuitatem:quia bonum commune preferendum est ꝑuato.Uñ qz fama ē de maximis bonis

plus subditꝰ pōt corrigere

religioſoꝝ:ſi vnus debet alios ſcandalizare nec ſecreta monitiõe corrigit:ꝑlato dicẽdũ ẽ vt ꝓuideat fame cõitatis. Si autẽ hoc ẽ ī nocumẽtũ tertie ꝑuate ꝑſõe ſi ita parũ ẽ iſtud nocumẽtuꝫ q melius ſit illũ ita paꝛ ledi ꝙ iſtũ ita diffamari:qꝛ ſi mõ nõ corrigit poſtea tñ corriget.vt ſit eſſet ci furatur aliqd modici valoris: tũc nõ debet reuelare. Si ãt ẽ notabile nocumẽtũ vt qꝛ vult occidere nocte vel oĩbus ſpoliare cũ iaceat in camera.tũc eſt dicẽduꝫ:qꝛ melius ẽ ſeruare īocẽtẽ idemnẽ ꝙ iſti malo famã:ꝙuis illud ſit dicẽdũ ſic ī ſecreto:q nõ poſſit agere ad iſtius ī famiã reuelãdo nec penã ipſi nũciãdo:ſi ſolũmõ ad ſuam cautelã. Si ãt eſt ſolũ nociuũ peccãti:dicũt qdã nõ vltra ꝓcedẽdũ exꝯ q ſe ipm vel illũ q ꝑt ꝓdeſſe admonuit nec corrigit:ſi ſinẽduꝫ eſt perire q non vult erectus ſurgere. nec ſũt teſtes adhibẽdi ſed obſeruãduꝫ: ſed potius eſſet ꝓhibendus ꝙ obſeruandus:ꝛ hoc. vtiq; veꝛ eſt niſi ſit ſpes q ꝑ illã viaꝫ melius corrigeret. Tenet.n.hõ illo mõ quo põt ſaluare ꝓximũ:ꝛ ſi nõ põt vno mõ ꝛ ꝑt alio tenet illo. Sic ꝙ medic⁹ ſi ꝓuident q ꝓmittẽdo īfirmitatẽ facere curſũ ſuũ poſtea meli⁹:curabit meli⁹ fac ꝓmittẽdo vnã accessionẽ vt oẽs alꝫ īpediat:ꝙ ſi īpedirꝫ ſic iſtã q min⁹ bñ ī pediat alias:ita poſſibile ẽ q ſi mõ finaꝫ ire ad peccatũ adhibitis teſtib⁹ ꝑ quos ꝓuincẽd⁹ ẽ ſi negauerit:tunc poterit ꝑlatus remediũ adhibere qõ ꝓi⁹ nõ poterat:qꝛ ꝓius nõ debebat credere vni teſti:iõ ñ poterat illũ īcludẽdo a malis vys cohibere:nũc aũt iuſte poterit ꝑ duos teſtes hñs ꝓuictũ: vnde ī tali caſu liceret nõ gdẽ occaſionẽ peccandi dare:ſz non ꝓhibere ꝛ obſeruare. ¶ Si dicaꝫ q nõ debemus vel nõ tenemur eẽ obſeruatoꝛes aliene vite ꝟz Aug. veꝛ eſt niſi qñ alr vitã aie ꝓximi ſeruare nõ poſſumus ¶ Si dicaꝫ q hoc ẽ eũ ꝓdere.dicẽdũ ẽ q nõ:qꝛ licet vbi ẽ oĩo occultũ ꝛ nõ ꝑt ꝓbari oñdere ꝓpoſito tãꝙ patri nõ iudici:ut ꝓſit alias neſcienti: qꝛ plus teneoꝛ ꝓſcie ꝓximi ꝙ fame:nec teneoꝛ iiuriaꝫ:qꝛ nõ aĩo iiuriandi ℔ facio ſz medẽdi. Sicut nec medicus q vulnerãdo medet. Vñ Aug. Nec dicatis vos eſſe maliuolos qñ hoc indicatis: Magis qppe īnocentes nõ eſtis:ſi frẽs vros quos indicãdo corrigere poteſtis:tacendo pire ꝓmittitis. Ubi ãt nõ ꝙobſeruationẽ ſperaret melius corrigi ꝙ ꝓhibitionẽ:tũc eſſet peccatũ mortale ſinere hoĩez ire ad pecatuꝫ mortale:vbi ꝑ ſe vel ꝑ aliũ ſolo verbo poſſet īpedire ꝓp qõ nõ eſt iniuſta excõicatio q ꝓcellit is qui videret clicuꝫ verberari ꝛ nõ īpedit qñ põt:vel facto ſi eſt iuſtitiarius ad quẽ ptinet:vel ſalt verbo gcũq; ẽ ille q ſolo verbo īpedire põt: maxie ſi fieret ꝓp ipm vindicãdũ. ¶ Ad argumẽtuꝫ dicẽdum q ſi agaꝫ de accuſatiõibus vel ꝓclamatiõibus religioſoꝝ ī.c. de venialibus ibi nec ī ſcriptio nec ſecreta admonitio eſt neceſſaria qꝛ hꝺ nõ ſunt diffamatoria. Si autez de mortalibus:nõ ita ẽ de accuſatiõe ſicut de denũciatione:qꝛ licet vtrobiq; ſit ifamia tñ ī accuſatiõe q̃rit bonum cõmune vnde videt ꝓbabilioꝛ opinio q ſine ſecreta admonitiõe põt fieri:cũ illa nõ debeat fieri niſi timoꝛe rrcidiui:hꝺ ãt ẽt faciẽda ẽ de eo qõ nõ debet iterari:qꝛ expedit maleficia ñ remanere īpunita:imo ẽt poſtq̃ aliquis correct⁹ ẽ ꝑt accuſari:qꝛ pnia nemo nocẽs eſſe deſinit quo ad penaꝫ iudicy exterioꝛis:qꝛ ẽt hõ penã canonis īcurrit ex vno ſolo fcõ qõ nõ iteraꝫ ꝛ de quo ẽ correctus ꝛ qõ ẽt ꝓbari non ꝑt: vnde nõ oꝑtet q ad ſniaꝫ punitiõis ꝓcedat correctio fratris. De Joſeph autẽ nõ videt q ī his q̃ ſũt mala de iure diuino ꝛ naturali excuſet hñs.ió.annos ſicut ipe habebat ſi ꝑ ignoꝛantiaꝫ illa cõmittat:qꝛ poſtq̃ ad annos diſcretionis puenit omne delictũ cadit ẽt in puberẽ ꝓeter delictũ carnis lz excuſet a tanto. Sz ſicut dicit textus Accuſauit eos apud patreꝫ crimine peſſimo:nõ denũciauit vel erãt ī coꝛgibiles. De ꝓcepto vo dicẽdũ ẽ:q aut ẽ certum qõ iudex ingrit de crimine in caſu ī quo ꝑt de iure: ꝛ tunc tenet hõ ſibi dicere taz de ſe ꝙ de alio:qꝛ mẽtiri ī iudicio ẽ mortale. aut eſt certũ q ipe iiuſte īquirit: vt puta quia nõ ꝓceſſit accuſatio:nec famoſa vel clamoſa inſinuatio:nec infamia illius:nec factũ eſt diuulgatũ nec denũciatum nec in ſpeciali:puta talis fecit tale crimẽ:vl in tali loco ẽ factuꝫ tale crimẽ vbi iacet occiſus:ſz neſcit a q̃:nec ī generali:puta tale monaſteriũ ẽ diffamatũ de diſſipatiõe religiõis. Tũc.n.ñ tenet nec de ſe nec de alio:qꝛ ille in hoc nõ eſt ſuus iudex. Si ãt ſit dubiũ vel iurꝫ vel facti ꝓſumẽdũ ẽ ꝑ iuſtitia iudicis ꝛ debet ſibi bõ dicere veritatẽ: vl magis ponere ī ipſi⁹ iudicio:cũ ſciat tale crimẽ quod nullus alius ſcit niſi forte vn⁹ q̃ ꝑ hẽat ꝓſiliũ vtꝛ teneaꝫ noiare ꝓſonã:ꝛ ſic ille iudicauerit ſic faciat:qꝛ iuſſus iudicis ī dubys excuſat. Silr õ latrone q torqueꝫ. Si.n.tale crimẽ ẽ in ſe vel in alio qõ iuſte põt ſubici iq̃ſte:tenet tã de ſe ꝙ de alio:alꝫ nec de ſe:necõ alio. Eo ipo autẽ q hõ vnicũ crimẽ hẽt ꝓp qõ iudex iuſte ꝓcedit õ euz ī illo crimine:ex hoc ipo de alys põt īgrere: quia non ꝓ occultationez peccati ſed peccatoꝛis de occultis hõ ꝓhibet iudicare. Ubi q̃ iaz ꝑ vnuz crimen eſt diffamatus:ẽt de alys debet dicere veritatez. Et ſilr ſi ſocy ſui ſunt in tali ſtatu q iuſte contra illos agi poteſt ꝓ vnico crimine etiam de omnibus poteſt et debet eos ꝓdere quãdo ipſoꝝ correctionem non ſperat: maxime cũ peccatum illorum ſit in periculum cõitatis:ut qꝛ ſcit eos fures ꝛ latrones ꝛ impenitentes. Nam illum qui iam penituit accuſare nõ debet niſi iuſte nominati de ipo iterrogaret

¶ De his qui in fine penitẽt Bi. XX a

Sicdũ eſt etiã q tẽpus pnie eſt vſqz in extremũ articulũ vite. Unde Leo papa. Nemo eſt deſpandus dũ ī hoc coꝛpe ꝓſtitutus ẽ.qꝛ nõnũ q̃ qõ diffidẽtia etatis differt cõſilio maturioꝛe ꝓficit. Aug.tñ de pniaz differẽtibus ita ſcribit. Si qs poſitus ī vltia neceſſitate voluerit accipere pniaz ꝛ accipit: ꝛ moꝛ reconciliaꝫ ꝛ hinc vadit:fateoꝛ vobis nõ illi negam⁹ qõ petit:ſed nõ ꝓſumimus:qꝛ bñ hinc exit Si ſecur⁹ hic exierit ego neſcio. Penitẽtiã dare poſſum⁹:ſecuritatẽ vero nõ. Nũqd dico dãnabit:ſz nec dico liberabit. Uis ergo a dubio liberari:age pniaz dũ ſan⁹ es. Si ſic agis:dico tibi qꝛ ſecur⁹ es:qꝛ pniaz egiſti eo ꝛpe quo peccare potuiſti. Si vis agere pniaz q̃ iã peccare nõ potes:pctã te dimiſerũt:ñ tu illa. Jtẽ Due res ſunt:aut ignoſcit tibi:aut nõ ignoſcit:quid hoꝛ tibi ſit futuꝝ neſcio. Ergo tene certũ:ꝛ dimitte incertũ. Sed quare hoc dixit augu. cum pnia q̃ in fine agit in pſalmo appellet ſacrificiũ veſpertinũ:qõ erat acceptabili⁹ ī lege in quacũq; die īuocet deus aſſit. ꝛ quacũq; hora īgemuerit ꝛ cõuerſus fuerit peccatoꝛ vita viuet ꝛ non moriet. Sz illa dixit Aug. ꝓp illos q pniaz vſqz ad finẽ vite ꝓtrabũt. ꝛ tũc nõ ex dei amoꝛe videt penitere:ſz timoꝛe mortis q̃re ex neceſſitate. Unde idẽ q̃ſi aperiẽs quaſi ſupioꝛa dixerit ait. Nullus exꝑ ectet qñ peccare non poteſt Arbitrũ enĩ libertatem querit deus: vt deleri poſſint cõmiſſa:nõ neceſſitatez ℔ charitatez:nõ

tñ timorẽ: q̃ nõ in solo timore viuit hõ. Quẽ ergo sero penitet: oz nõ soluz timere iudicez: ꝫ diligere: q̃ sine charitate nemo saluus eẽ põt. Nõ ergo tñ timeat penaz q̃ penitet: ꝫ anxiet̃ p gloria. Que ꝓuersio si cõtigerit alicui ẽt in fine: desperãdũ nõ est de eius remissione. Sed qñ vix vel raro ẽ tã iusta cõuersio: timendũ est de penitẽte sero: maxie cũ filij quos illicite dilexit: sint presentes: vxor ꝛ mũdus ad se vocet: multos solet serotina pnia decipere: Sed qñ deꝰ semp potẽs est: semp ẽt i morte iuuare valet q̃ bus placet. Cũ ergo opus sit nõ hois ꝫ dei fructifera pnia ispirare eã põt quãdocũq; vult sua miricordia. ꝛ remũerare ex miricordia: quos dãnare põt ex iustitia. Sed qñ mlta sunt q̃ impediũt ꝛ languentẽ retrahũt: piculosũ ẽ ꝛ interitui vicinuz ad mortẽ ꝓtrahere pnie remediũ. Sed magnũ est cui deꝰ tũc ispirat: si qs est: vere pniaz. Sed si etiã sic cõuersus vita viuat ꝛ nõ moriat̃: nõ ꝓmittimus q̃ euadat oẽz penã. Nã prius purgãdus est igne purgationis: qui in aliud seculuz distulit fructum conuersionis. Hic aũt ignis ꝛ si eternꝰ nõ sit miro modo grauis est. excellit eniz oẽm penã: quã vnq; passus sit aliquis in hac vita. Nunq; in carne tanta inuenta est pena licz mirabilia: martyres passi sũt tormenta: ꝛ multi negter quãta sepe sustinuerunt supplicia. Ex his satis oñdit q; periculosum sit differre pniaz vsq; in finem vite. Si tñ etiã tũc vera habeat̃ pnia: hoiez liberat: ꝛ vitã mortuo ꝓpetrat: nõ sic tñ: vt nullam sentiat penã: nisi forte tanta sit vehemẽtia gemitus et cõtritiõis: q̃ sufficiat ad delicti punitionem. Licet ergo sit difficile: vt cũ sit vera pnia: q̃ tam sera venit qñ cruciatꝰ membra ligat ꝛ dolor sensũ oppꝛimit vt vix hõ aliquid cogitare valeat: melior est tñ sera q; nulla. Penitentia. n. si i extremo vite hyatu aduenit: sanat ꝛ liberat. Multũ sera fuit latrõis pnia: sed nõ fuit sera idulgentia. Sed licet latro veniam meruisset in fine de oi crimine: nõ tñ dedit baptizatis peccandi ꝛ p̃seuerandi auctoritatem.

¶ De his qui penitentiam nõ ꝓplent. b

I vero queriꝫ de illis q̃ in hac vita penitentiã nõ ꝓplent: vtrũ transituri sint per ignẽ: vt ibi q̃si ꝓpleant q̃ hic minus fecerũt? Idem dicimꝰ ꝛ de istis esse sentiendũ ꝛ de his q̃ i extremis penitent. Si. n. tanta fuerit cordis ꝛ ỽlicti exꝓbratio: vt sufficiat ad puniẽdũ peccatũ: liberi ab alijs penis trãseunt ad vitaz: ꝛ si inexpleta fuerit penitẽtia: q̃ pfecte penituerũt ꝛ ingemuerũt corde. Qui vero ñ adeo cõterunt̃ corde ꝛ ingemiscunt ꝓ peccato: si ante expletiõem penitentie decesserit: ignem purgatoriũ sentient: ꝛ grauius punientur q; si hic implessent penitentiã. Horrendum est eniz incidere in manus dei viuentis. Deus enim cuz sit misericors ꝛ iustus: ex misericordia penitẽti ignoscit nõ reseruans peccatum ad penã eternã ex iustitia vero ipunitũ ñ dimittit ỽlictũ. aut enĩ punit hõ aut deꝰ. hõ ãt punit penitẽdo. deus aũt penã exigẽdo. Et ẽ pnia iterior ꝛ exterior. si ergo interior penitudo fuerit tanta vt sit sufficiẽs vltio pcti: deꝰ q̃ hoc nouit: ab illo q̃ taliter penitet vlterius penã nõ exigit. Si vero interior penitudo nõ sufficit in vindictã pcti: nec exterior penitẽtia iplet̃: deꝰ q̃ modos ꝛ mẽsuras pcrũ ꝛ penaz nouit addit penã sufficientem. Studeat ergo quisq; sic delicta corrigere vt post mortez non oporteat penã tolerare. Quedã enim peccata mortalia in penitẽtia fiunt venialia: nõ tamẽ mox sanantur. Sepe infirmus moreret̃ si non medicaret̃: non tamen statiz medicatus sanat̃. Lãguet victurus qui prius erat moriturus. Qui aũt ipenitens moritur oio moritur ꝛ eternaliter cruciatur. Si enim semp viueret semper peccaret.

¶ De illo cui sacerdos indiscretus iiũxit paruã penitentiam. c

I vero de illo queriꝫ qui satisfactionez iniunctam impleuerit: que ignorãtia vl negligentia sacerdotis peccato condigna non fuit vtrum de vita migrans ab omni pena liber sit. Idem respondeo quod supra de illo qui penitentiam non compleuit: dixi. Oz si tamen est lamentum interioris doloris vt sufficiat in vindictam peccati omnino liberatus est. Si vero non sufficit dolor interior simul cum pena iniuncta: addet deus penam. Oz autem interdum sufficiat dolor interior ad vindictam peccati: certum documentum habemus in illo latrone: qui sola mentis contritione ꝛ confessione statim vt conuersus fuit: paradisuz ingredi meruit. Sed q̃ dispensatores ecclesie contritionis quantitatem non perpendunt quibus non est datum intelligere occulta cordium: omnibus leges pnie constituunt taz magis q; minus de peccato dolentibus. Quorum studium ad hec ꝓcipue tendere debet: vt cordis dolorem quantum fas ẽ cognoscãt: ꝛ ꝑm ipsius modum satisfactionem iniungant. Unde augu. In actione pnie vbi tale qd ꝓmissum est vt is qui commissa christi etiam corpore separetur: non tam considerande est mẽ

sura temporis q̄z doloris. Cor eni contritum ⁊ humilitatem deus non despicit. Verum quia plerunqz dolor alterius cordis occultus est alteri: nec in aliorum notitiā nisi p verba: vel alia quecūqz signa procedit: cum sit coram illo cui dicitur. Gemitus meus a te nō est absconditꝰ. recte constituuntur ab his qui ecclesijs presunt tempora penitentie: vt satisfaciat etiam ecclesie in qua peccata ipsa remittuntur: extra eaz quip pe nō remittuntur. Ipsa enim spiritum sanctuz pignus accepit: sine quo non remittuntur vlla peccata. Item Hiero. Mensuram temporis i agenda penitentia. ideo nō satis prefingunt canones pro vnoquoqz crimine: vt ō singulis dicant qualiter vnumquodq̄z emendādū sit: sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuerunt. quia apud deum non tm̄ valent mensura temporis quātuz doloris: nec abstinentia tantum ciborum quantum mortificatio viciorum. Ideo qz tempora penitentie p fide ⁊ conuersatione fidelium penitentium abbreuianda precipiunt: ⁊ pro negligentia protelanda p quibusdam tamen culpis modi penitētie sunt impositi.

¶ Or morientibus non sit imponēda satisfactio sed innotescenda. d

Olet etiā queri vtrum satisfactionis lex
f morituris sit imponēda. De quo theodorus cantuariensis episcopus in penitentiali suo sic ait. Ab infirmis in periculo mortis positis: pura inquirenda est confessio peccatorum: non tamen est illis imponēda quātitas penitentie sed innotescenda: ⁊ cū amicoz oratiōibus ⁊ elemosynaz largitiōibꝰ pondus pnie subleuādū: si forte migrauerit. Si vero qualuerint pnie modū a sacerdote ipositū diligēter obseruēt. Alijs vero p qualitate peccati: pnia decernēda est pfidētiū arbitrio. Ait leo papa. Tēpora penitudinis habita moderatōe cōstituenda sūt tuo iudicio: put conuersoz aios pspexeris esse deuotos. Pariter etiā hīe debes etatis senilis intuitum ⁊ respicere periculoz quorunq̄z: vel egritudinū necessitates.

¶ In necessitate non est neganda penitentia vl reconciliatio. e

Cienduz etiā q tēpore necessitatis non
f est neganda pnia vel recōciliatio penitētibus. Ait leo papa. His q tēpore necessitatis ⁊ periculi vrgentis instātia presidiū penitētie ⁊ mox recōciliatiōis iploraāt nec satisfactio interdicenda est. nec recōciliatio deneganda: qz misericordie dei nec mensuras possumꝰ ponere: nec tēpora diffinire. Or si ita aliqua egritudine aggrauati sunt: vt q̄ō paulo aī poscebāt sub presenti significare nō valeāt: testimonia eis fideliū circūstantiū preesse debēt: simulq̄z pnie ⁊ recōciliationis consequantur beneficiuz. Item Julius papa. Si presbyter pniaz abnegauerit morientibꝰ. reus erit aiarum: qz dñs ait: Cū cōuersus fuerit tunc saluus erit. Vera eni confessio vltimo tēpore pōt eē: qz nō mō tpis sed etiā cordis deus inspector est sicut latro probat.

¶ Or presbyter non reconciliet inconsulto epō nisi in necessitate. f

On debet tamē presbiter penitentē re-
n cōciliare inconsulto epō: nisi vltima necessitas cogat. Unde in cartaginēsi concilio. Presbyter inconsulto epō nō reconciliet penitētem nisi absente epō si vltima necessitas cogat. Cuiuscūqz penitētis publicū crimē ē qō vniuersam cōmouerit vrbē. aī abfidā. s. introitū ecclie manus ei imponant. Itē Aureliꝰ epūs dixit. Si qs in periculo cōstitutꝰ fuerit ⁊ se cōciliari: diuinis altaribus petierit: si epūs absens fuerit: dz presbyter cōsulere epm: ⁊ sic piclitantez eiꝰ precepto recōciliare. Incōsulto vero epō nō pōt excōicatos vel publice penitētes pbyter reconciliare. Unde i carthaginēsi cōcilio scō: statutum ē vt chrisma vel recōciliatio penitentiū ⁊ puellarum cōsecratio a presbyteris nō fiat. Item: Recōciliare quēq̄z in publica missa pbytero nō liceat. puellarum tamen consecratio cōsulto episcopo per presbytruz fieri valeat. Unde in carthaginēsi cōcilio secundo. Presbyter inconsulto episcopo virgines nō consecret chrisma vero nunq̄z conficiat. Sicut precepto episcopi potest presbyter consecrare virgines: sic ⁊ reconciliare penitentes.

¶ An oblatio eius sit recipienda qui currēs ad penitētiam preuenitur morte.

J autem queritur de illo qui ad peniten-
f tiam festinans sacerdotem inuenire nō potuit ⁊ ita decessit: vtrum oblatio eiꝰ sit recipienda: Dicimus quia est. Unde in apanensi concilio. Si aliquis fuerit mortuus qui non confessus sit: ⁊ testimonium habet bonuz ⁊ non poterat venire ad sacerdotem: sed pōcupauit euz mors in domo vel in via: faciant pro eo parētes eius oblationem ad altare: ⁊ dent redemptionem pro captiuis.

Questio I

Circa vigesimam distinctionem q̄runt q̄tuor. Prio vtrū aliqs in morte possit ve penitere. Scdo vtrū ipleta pnia q̄libz cū q̄ iūcta sit penitēs. Tertio vtr vn⁹ possit satisfacere p alio. 4° de idulgētys.

De primo vr q̄ in morte nō possit quis vere penitere: ga antiochus penituit in morte nec habuit veniā: de quo dicit Ozabar scelestus deū a quo nō erat miaz cōsecuturus. secū di machab. 9. et Judas de quo dr. Pnia ductus rettulit triginta argēteos ꝛc. ¶ Cōtra latro in morte penituit et audire meruit. Hodie mecū eris in paradiso. ¶ R°. Ad videā sūt tria. p° q̄ in morte pōt ee va pnia et salutifera. 2° qūo in morte q̄sq a quolibet quenlibet pōt absoluere. 3° qūo mors sit satisfactoria.

Primū pz: qz lz libuz arbitriū dei sit iflexibile añ et post. iuxt illud. ego de⁹ et non mutor: angeli āt sit vertibile ante: nō post. tñ libuz arbitriuz hois ē vtibile vsq ad mortē. Uñ legiste dicūt q̄ deābulatoria ē hois vo lūtas vsq ad vltimū vite exitū: sic itelligēdo q̄ vsq tunc pōt hō eligere qō pus refutauit et eō. Et sic cū hō possit penitere: p ois veniā ēt hr̄e: qz quacūq hora igemuerit peccator ꝛc: iō ꝛc. Sz raro ē q̄ in morte incipiat ee va pnia: qz si hō morit ita subitatus q̄ nō aduertat se mori sicut dormiendo: expedita res est: vbi te iuenero ibi te iudicabo: qz si ceciderit lignū ad austrū ꝛc. Si aūt aduertat se mor: sz p vnā horā et morulā modicā: qz i repētinis hō opat fz habitū: vñ nō vr q̄ habitu atus in peccato tam repēte fiat bon⁹ Aly vo moriūtur lāgore p̄cedēte: et qz cū habitu amatiuo sui plus q̄z dei ocurrit lāgor et dolor amati vix tūc hō penitet: si tñ sic ve peniteret saluaret. Uñ ēt q̄ se ipos interficiūt. qz tñ pñt in vltimo mometo penitere: lz nō sint sepeliēdi nec p eis publice orādū: tñ ocste pōt orari p eis ab illis q̄ crēdūt q̄ forte dū occideret eos q̄rebāt eū et reuertebantur.

p° 2° **Quantum** ad 2m q̄ libet ab oi vinclo et peccato in morte possit absolui sūt tres ōnes. ¶ p° q̄ hoc ē d iure diuīo: qz q̄ libet xp̄ianus peccās mortal r sit obligat⁹ de B satisfacere ad arbitriū Petri: itelligit q̄ pōt arbitriū Petri vel sui vicary br̄e: al r nō: qz tūc eet obligatus ad ipoe: qz cū vi clauiū dz absolui: illi⁹ auctoritate quē iuenit q̄ claues hz solui pōt. Itē auctoritate iuris: qz B papa cōmittit ēt i casibus: quos reseruat: q̄ in mortis articulo q̄libet sacerdos absoluat quēlibz: nō sic vr de vinclo excōicatiōis: qz hō pōt absolui ab excōicatiōe post mortez ab illo a quo plus. Uñ quo ad corp⁹ nō ē necesse vt tūc absoluat: quo ad aīam vo nō est necesse nisi vt a peccatis absoluat: a q̄bus nō pōt absolui quousq fuerit absolutus ab excōicatiōe. Et sic cū papa nō possit cōmittere nō sacerdoti absoluere a peccatis sicut nec celebrare: lz nō sacerdoti potuisset cōmittere absoluere ab excōicatiōe: nō tñ cōmisit p tūc: qz necesse nō fuit: et sic soli sacerdoti cōmisit vt i mortis articulo possit absoluere ab oi vinclo et peccato sic papa posset. Nō āt morieti pōt dare idulgētiaz sicut papa posset. Nō. n. iuenit q̄ pp necessitatē possit dare aligs indulgētiā q̄ alias nō posset. ¶ 3ª ō q̄ si ille cōualescat vel mortis pic'lm euadat: qz non distinguit ex q̄ cā sit mortis pic'lm: vtrum ex infirmitate sicut i cōtinua vel accuta: an ex violētia sicut si ītratur⁹ ē bellū: aut decollandus: vel in naufragio. Sic. n. itelligit mortis articulus: nō q̄ hō sēper i piculo ē moriēdi nec certitudinē cras viuēdi: sz q̄n ē i tali articlo q̄ eq̄ idifferēter solēt vt cōiter hoies ide mori sic euadere: nō q̄ itrās mare stati dicat ee i mortis articulo. vt dicit glo. de offi. ordi. Pastoralis. Jgr transacto mortis articlo nisi absolutus ab excōicatiōe pñtet se illi a quo de iure cōi fuerat absoluēdus q̄cito cōmode poterit illi⁹ iussui pariturū reicidit i eādē sniam: de se. ex. Eos g. lib. 6. De peccatis āt nō oz q̄ amplio ocreat: nec pp absolutionē cuz sit vere absolut⁹: nec pp pniaz. qz illa fuit sibi inotescēda: et si nō iponēda: ēt si eēnt casus retēti: qz nō ē iure cautum nec forte caueri potuit q̄ bis neēe br̄et cōfiteri. sz si ocessor nō fuit sacerdos tenet ite ocfiteri pp absolutionē ocsequēdam et pniam iponēdā: quoz ille neutrū facere potuit qui claues nō habuit p quas solas regnū apit illi cui per mortale claudit. Et idē ē si pniam oblit⁹ fuerit vel si sibi iposita vel idicta nō fuit: qz tenet ad arbitriū sacerdotis satisfacere. et p ons ipm regrere totiēs q̄ ipsā possit ocsequi.

Quantum ad tertiū de satisfactōe mortis sūt tres ocliones. ¶ Prima de morte nāli: quia mors ēt patiēter suscepta ñ liberat ab oi pena: sz restat purgatoriū: qz iustitia dei nō dimittit pctm̄ ipunitū: sic nec misericordia remittit i condonatū. aut enī ōs punit aut hō fz augu. Si ergo hō hic cōdigne nō punit illic luit vbi ōs punit. Est igit mors nālis q̄ qz tota ē debita p pctō originali nō pōt satisfacere p actuali: qz eadē solutio nō parit duas liberatōes. vñ si xps ocstraxisset originale: mors sua nob nō p fuisset. sz q̄tū est de dolore et lāguore illud acceptatū bñ satisfacit p actuali: qz illō nō debet originali fm actū: sed fm aptitudinē. vñ q̄ deficiūt senio nō dolētes mortis debitum psoluūt. et Joānes euāgelista a dolore mortis extraneus mortis ōbitū integre psoluit. sicut: fames: sitis: et hō pena litates sūt pena debita fm aptitudinē nō fm actū. vñ siue acceptēt siue assumāt quo ad actū satisfaciūt. ¶ 2ª oclo ē de morte violēta iusta. Mors. n. violēta in q̄tū hō: nō ē debita: p pctō originali cui nō debet pena sensus. si q̄ sit iuste illata p aliquo pctō actuali digno morte: sicut dicit apostolus. Qui talia agūt digni sūt morte. tūc pari rōne qz illa est ōbita p alio i foro mūdi: sic ñ pōt ee satisfactiua p alio peccato i foro dei: sicut ieiuniū q̄dragesimale: qz est debitū ex statuto ecclie nō pōt ee satisfactoriū p alys pctis: lz sit meritoriū. nec latro euolauit pp satisfactionē mortis: lz patiēter portauerit dicēs. Nos q̄dē digne vel iuste. nā digna factis recipim⁹: sz p pter magnitudinē ocritōis et liberalitat dei. ¶ 3ª oclo est de morte iniusta. qz mors iniuste illata si q̄dē attigat vsq ad titulū et triūphū martyry: certū ē q̄ satisfacit p oi pena: vñ iniuriā facit martyri q̄ orat p martyre. sz si nō sit cā martyry: sz pena tñ et inocētia si hō p alys pctis suis illā accipiat multū satisfacit. sz qz nō ē volūtarie assūpta: qz sic eēt illicita: iō licz excedat oēz aliā penā que posset ee liberatoria total r a pena debita: nō tñ ex toto satisfacit: sz fm q̄ magis vl minus hō octerit. ¶ Ad arg^m dicendū q̄ illi nō penituerūt ve. Nā antiochus soluz amore carnis sue: cui⁹ sanitatē optabat; iudas vo desperauit.

Questio II

Secūdo q̄rit vtrū ipleta pnia a sacerdote iniuncta q̄licunq sit hō ab oi alia pena īmunis. et videt q̄ sic. p illō: Quōcūq solueris sup terrā ꝛc. ¶ Cōtra. qz error sacerdotis ñ i pedit iustitiā dei: q̄ peccatum iusta pena percellit. ¶ R°. tria sūt hic videnda.

Primo qūo oz sacerdos pniaz moderari arbitrari. Et q̄tū ad B ē sciēdū: q̄ sic medic⁹ habz oculū dextrū ad nāz: sinistrū ad morbū: et vlteri⁹ non vult sic amouere subito morbū: q̄n velit ēt adhibere remediuz ocrecidiuū i illū morbū et alios. sic et iste q̄ hz iungere penitentiā salutarē nō q̄ mortē aīe opet: nūq̄z oz ponere penitētiā nisi credat q̄ ille velit et possit facere: al's ponit laqueū: et nō antidotū: sz venenū: pp ter qō nō tāta ponat q̄ ille desperans totū dimittat: siue pp debilitatē bone volūtatis: siue corporis. paru⁹ enī ignis et scintilla vna nō ē onerāda multis lignis: sz paulati fouenda ne extinguatur. debet etiā cōsiderare recidiuuz. qz aliquando ē pctm̄ grauī⁹ sed minus periculum recidiui et debilius subiectum ad penitentiam: sicut fornicatio senis q̄z iuuenis. sed propter

robur ꝛ capiam vigēte ī iuuene dz maioꝛ imponi. igr cōsi deratis oībus circūstantys pcti ꝛ peccātis ꝛ corporis ꝛ aie ꝛ maiorē ꝛ minorē dz iponere: sicut magis credit saluti il li⁹ expedire. sed ne eū decipiat si minorē debito imponat ꝓpter aliquā iustā cām dz illi īnotescere: q illa nō est cōdi gna: ꝛ q meruisset septēnē ꝓ quolibz mortali ꝛ bō: qō si nō fecerit hic faciet alibi grauiorē: nisi ꝓpter hoc crederet eū incidere ī desperationē: qr tūc nō debz hoc dicere.

Secūdo cōsiderandū est: q multo plus valet mo dica pnia p sacerdotez īposita q̄z maior a se assumpta: qr ista scōa nō ē sacr̄m nec ps sacr̄i. vñ ex sola vir tute assumētis hz effectū: illa aūt ex vtute passiōis xpi que operatur spāliter ī sacr̄is toti⁹ eccl'ie. vñ expedit vt sicut cōfi tens aliq̄ cōfiteꝛ ī gnāli ꝛ aliq̄ in spāli. sic ꝛ cōfessor īponat aliquā pniam ī spāli ꝛ in gnāli bona q̄ faciet ꝛ mala pene q̄ sustinebit: ꝛ q̄ etiā facere ꝓponet: non sic. s. q obliget eū ad faciēdū q cqd ꝓponet facere vel sustinere: sz q ēt ipmmet propositū bonū sit ei satisfactoriū ꝛ ipa bona si ꝛ qñ fient.

Tertio est sciēdū: q si sacerdos iniūgat maiorē pniaz q̄ ille meruerit: ille qdē teneꝛ obedire ī boc ꝛ videre ī volūtate cōplēdi eā. postq̄ āt partē ei⁹ q̄ ī iudicio dei erat ꝓ tota sufficiēs impleuit: si sic mortu⁹ fuerit ī pur gatorio nihil sustinebit. sicut cū de iudice inferiore nimis cōdēnāte ad superiorē appellaī: ꝛ reus soluit: qō ꝑm verita tem debebat: sz nō illud supfluū ad qō iudex condēnauit: siue male siue bñ: quo ad se: vt qr ꝑm allegata iudex superior nō eū cōdēnabit ad plus soluēdū: ita ꝛ dñs dicēs. Luz accepero tps ego iustitias iudicabo. Si aūt illō supfluuz ī hac vita soluit valet ad meritū vel ad alia pcta soluēda: sic q̄q̄z seueriorꝛ sntia seruat reū ab infamia. ꝛ q ī vno grauaī ī alio releuaī. C. Ex gbus causis. ca. ifa. re. l. Et si seueriorꝛ. Si aūt sacerdos īposuerit nimis paruā pniam: siue p erro rem siue p nesciētiā: vel p ꝓzudentiā ꝛ bonā cautelā: qr sic illi ꝛ nō al'r expediebat: illa cōplera nihilomin⁹ vel hic vl' purgatorio ipse faciet vel luet qō restat: sicut iudex supior cū ad ei⁹ examē recurriī corrigit sntiam inferiorꝛis: q si mi nus debito cōdēnauit supiorꝛ qō plus debitū est supaddit. C Ad argumētū dōm: q qōcūq̄z solueris ꝛc. vez ē iuste: cla ue nō errāte ītendente total'r absoluere.

Questio. III.

Tertio queriī vtrū vn⁹ ꝓ alio possit satisfacere. Et vī q non: quia sa tisfactio ē ps penitētie: sicut ꝓtritio ꝛ ꝓfessio. sz vn⁹ nō pōt ꝓ alio penitere ꝓfitēdo vl' ꝓterēdo. q̄ nec satisfaciēdo. sz vnusq̄sq̄z on⁹ suū portabit. C Lōtra iure būano soluēdo qs ꝓ alio ipm liberat. ꝛ iure diuio. Alter al teri⁹ onera portate. ꝛ sic adimplebitis legez xpi q pcta nra pertulit super lignum. q̄ ꝛc. C Rō. hic sūt tria videnda. ꝓ primo in spāli: qūo iter viuētes vn⁹ ꝓ alio possit satisfacere. 2° in spāli: qūo viuus ꝓ mortuo possit ꝛc. 3° in cōmuni: quomodo vn⁹ ꝓ alio.

